

Johann Sibrand Simon Andreas Stemwede

## **Praescriptio Dormiens**

Rostochii: Kilius, 1674

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74668939X>

Druck Freier  Zugang











K.K. — 2 (158.)











J. N. S. N.

13.

# PRÆSCRIPTIO DORMIENS,

*Quam*

Divinâ auxiliante Gratiâ,  
Adprobante Amplissimâ Juridicâ Facul-  
tate, in Antiquissimâ Rosarum Almâ,

PRÆSIDE

## IOANNE SIBRANDO

V. J. D. & Decretal: Professor,

Ordinar.

DN. Præceptore, Fautore, ac Hospite, omni  
observantiæ cultu, ætatem prosequendo.

*In Lucem protrahet, & placida eruditorum disquisitioni  
publicitus sistet,*

## SIMON ANDREAS STEMWEDE,

Sverino-Megapolitanus.

AUTOR.

In Auditorio Majori

*Ad diem 24. Octobr. horâ solitâ.*

---

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typogr. 1674.



V I R O  
MAGNIFICO, NOBILISSIMO, AMPLIS-  
SIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO  
DN. JOANNI  
HENRICO VVE-  
DEMAN,  
I. V. D.

&  
*Serenissimi ac Celsissimi Principis ac Domini*  
DN. CHRISTIANI LVDOVICI,  
Ducis Mechlenburgici, Principis Vetustæ  
Gentis Henetæ, Sverini ac Raceburgi, Comitis  
Sverinensis &c. &c. CONSILIARIO intimo, ac  
CANCELLARIO dignissimo, gravissimo.

Dn. Patrono, Evergetæ, ac Promotori o-  
mni & obsequii & honoris cultu devotè profe-  
quendo,

Exercitium hoc Academicum, Me Meaq;  
studia devotissimâ reverentiâ

D. D. D.

Tanti splendoris, tantæque Nobilitatis  
*observantissimus*

AUTOR.





# VIR MAGNIFICE.

Sistit se Tibi, idque ultrò, PRÆSCRIP-  
TIO hæc DORMIENS, quam ut se-  
renâ fronte TUA suscipiat MAGNI-  
FICIENTIA, etiam atque etiam est quod  
contendit: Sistit se tanquam Præconem,  
utinam idoneum, tot tantorumque in Pa-  
rentes meos, Meque collatorum beneficio-  
rum; ingratisimus merito pebidum audi-  
rem, ni memori hæc sæpius recolerem  
mente



mente, Pudore confundor, cū tenuitatē Mu-  
neris respicio, sed reficior, quando in me-  
moriam revoco nec Magnum Persarum Re-  
gem repudiasse vel aquæ hauustum, devotâ  
oblatū mente. Consecro ergo primitias ha-  
sce Academicas Tibi, VIR MAGNIFICE,  
tabulasque suspendo votivas, si obtinero,  
in Cœlis me credam, & apud VIGILAN-  
TEM

*Semper honos, nomenq, Tuum, Laudesque manebunt.*

*Magnificentia atq, Amplitud. T.*

*Devotissimus*

**Simon Andreas Stemyede,**  
Auror,





Q. S. B. V. N.



E PRÆSCRIPTIONIS, germanicè Verjährung; à præscribendo; cujus verbi quod triplicem adfert significationem *Barthol. Cortagena in exposit. Titul. Jur. Canon. de præscript. p. m. 24. seq.* hoc est præscribendo & præfigendo. *Rudlof. in dissertat. sub Richtero de præscriptione habitâ, cap. 1. p. s. dictæ*: in cujus verbi originationem & efficaciam ulterius inquirunt, *Pezzottus Episcop. Sipont. in Cornu copie col. 829 Balbus de præscription. 1. parte 6. part. principal. pag. m. II. Gilken. de præscription. 1, 2, 16. seqq. pag. m. 25. seq. Casp. Barthius Adversarior. lib. 29. c. 8.* à Scriptis dici Legibus autumat, variisque insuper inlustrat exemplis, procul dubio, quod ab iisdem formam suam esseque habeat; unde & præclarissimi Jurisconsultorum, non dubitarunt, juri adscribere merè Civili, juri que Naturali & Gentium contra distinguere. *Fernand. Vasquius Controv. Illustrium Part. 1. Lib. 2. c. 51. §. 23. latèq; ibi adlegati §. 8. seqq. p. m. 511. Felden in adnotatis ad Grotium 2, 4, p. m. 118. Balbus de præscription. part. 1. part. 6. principal. p. m. 114. n. 1. ibique adlegati Bald. & Azo in summâ C. de Usucap. pro Emptor. quibus tamen non sine ratione sese opposuisse videntur Grotius de J. B. & P. 2, 4, ibique Zigler p. 251. seq. in quem, sicut sibi more, invehit Henric. Hennig. ad Grotium d. l. p. m. 395. Boecler. p. m. 200. ubi eruditè autorum proponit negligentiam & quomodo aliqui ἀποδύω, nemo autem satis seriò ac diligenter hanc ipsam tractarit præscriptionis materiam. *Osiander. pag. m. 706. qui tantum**



tum



E

tum ab ita Grotio, in eo, quod quidem juris esse Gentium conce-  
 dat, Juris autem Naturalis esse & quidem ex inlatione Grotii neget:  
*Hugo de Roy de eo quod justum est l. 3. Tit. 2, 3. 4. Pufendorf. de*  
*J. N. & G. 4, 12, 7. p. m. 570. Conring. de finib. Imperii c. 19. p. m. 360.*  
*Selden. de Mari clauso libr. 1. cap. 26. Hahn. ad Wesenbec. de Usuca-*  
*pion. n. 9. quem tamen cum n. 14. committit Henniges ad Grotium*  
 3, 4. p. m. 396. atque ejusmodi *δωρυγὰ πημάτων* & ineptitudines ori-  
 ri vult ex neglectis moralis disciplinæ (quam proin commendatio-  
 rem sibi Studiosi juris habere deberent) principiis, uti pluribus est  
 videre apud dictum Autorem: alios largissimâ abs aliis propinatos  
 manu, silentio ut involvamus; quam proin falsò Impium abs *Hun-*  
*nio Lib. 2. Tract. 3. qu. 2. p. 470. Cubach. Quæst. illustr. 2, 6, 1. p. 406.* aliis  
 que dici animadvertimus Præsidium ex *Novell. 9. quâ de re Do-*  
*minus Tabor in jurispr. Element. part. 2. Thes. 22 c. 9. p. 58. Gil-*  
*ken. de præscript. 1, 1, 71. p. 14. seqq.* aliique plures, quamque certâ  
 ratione vel hodiernum ab usucapione differre, certissimi est juris; DOR-  
 MITIONE, quam à somno derivare Logicorum amant filii; verba-  
 facturi, cum eandem ferè à Dd. Juris neglectam animadvertamus  
 materiam, cum illi etiam, qui ex professo, idque non perfunctoriè,  
 sed laudabili planè studio, & accuratissimo labore, sibi præscriptio-  
 nem elaborandam duxerint, silentio ferè prætermiserint, vel unâ  
 alterâve saltem lineâ indicasse, idque tumultuariè satis, sufficere cre-  
 diderint, uti patere ex lectione *Gilkenii*, qui *spississima tractatu* præ-  
 scriptionis sibi materiam elaborandam sumit, poterit. *Balbus* pau-  
 cissima in medium profert, alios, quos sequentes indicabunt pagel-  
 læ, sicco ut prætereamus pede; ubi & hoc notari meretur, quod ut  
 plurimum casus inter se, quibus dormire dicitur, & quibus non cur-  
 rere, confundant. uti, alios ut taceamus, videre est in *Practicâ Ferra-*  
*riensi in Formul. responson. Rei conventi n. 24. p. m. 100. Monach. in*  
*defensore juris, Tit. 18. p. m. 784 cum seqq.* qui duo usque adeo con-  
 veniunt, ut alterum ex altero jurares exscripsisse: haud ergo nos ope-  
 ram ludere crediderimus, si ex variis autoribus juris, tam Civilis,  
 quàm Canonici, hanc aliquantulum enucleatius, pro ingenii viri-  
 bus, quas sentio, quàm sint exiguæ, nobis elaborandam sumamus,  
 tentaturi, Quid humeri valeant, quid ferre reculent.

Ne autem in lotis, verbis ut utamur *J. C. Cais*, in l. 1. ff. de O. J.  
 accessisse



3

accessisse videamur manibus, in causas, cum rem scire, sit per causam cognoscere, solidaque scientia, non nisi ex causarum cognitio, ne haberi & hauriri queat. vid. *Tabor. hanc in rem egregie philosophantem in partition. Element. Part. 1. Thef. 5. pag. 7. Cuius. Matth. Gribaldū de ratione studendi Lib. 1. cap. 3. pag. 20. inquirem, perillustratis porro differentiis quibusdam, exempla prout memoria & autorū lectio subministraverit, ut exin de aliis quoque iudicium haud difficulter ferri queat, subjiciemus; invocantes cum Imperatore *Novell. 85. pr. Magnum Deum & Salvatorem nostrum JESUM CHRISTUM* ejus auxilium rectā incedere viā ut clementissimè concedat, rem ipsam adgredimur.*

Causam proin quod attinet efficientem, eandem præbet Lex Civilis, Canones, nec non statuta, quamvis *Guido Papa Decisionum Gratianopol. quest. 416. n. 13. p. m. 253.* de jure Civili neget reperiri textus, & sic eam aliis tantum juri adscribat canonico. *Bartolus* autem teste *Paulo Castrens. in Digestum novum de Usucapion. col. 66. ad l. 5. Naturaliter §. 6. de jure civili non reperiri, quod dormiat Præscriptio, nisi in unicā l. 3. ff. de præscript. 30. vel 40. annor:* quam tamen sententiam ipse tacitè infringit, plures subjiciendo casus, in quibus eadem quiescere cognoscitur; quippe legibus saluberrimè, ne damnum ex breviori temporis lapsu sentirent, vel impuberes, vel certò modo agere non valentes, aliæque personæ, prospectum, ne variis scilicet incederentur incommodis, agereque in iudicio necesse haberent, per egregiam quandam juris fictionem, ut currere jam cœpta præscriptio dormire censeatur; ne ita illi ipsi, quibus lex benigne prospicere voluit, necesse haberent, actione sibi quâdam peculiari consulere, sed pinguiori quodam beneficio tuti essent. *Joann. Emericus à Rosbach. Prax. Civil. Tit. 4. §. 42. p. m. 242.* Licet itemque in præscriptione Legali Canonica, & statutariâ locum habeat; in Conventionali tamen regulariter cessat. *l. Amilius 28. ff. de Minorib. ad eamque Samuel Stryk in dissertatione suâ Inaugurali integrâque definitione Faber. ad C. lib. 2. Tit. 20. si advers. usucapion. seu præser. restitut. petat. Definit. 2.*

Causam impulsivam ac *αρχαίτην*, Litium ut præseindatur via, esse, firmiter credimus, adeoque nobis per svasissimum habemus, cum in omni benè constitutâ Republicâ Majestas in id unicè



incumbat, ut lites sint quàm rarissimæ; cœptæ autem, quântocius decidantur: ut varii textus Recessuum Imperii hoc ipsum demonstrant, alios ut silentio prætermittamus autores; quamvis nec is usque adeo nos habuerit repugnantes, qui dixerit, idcirco id quicquid beneficii fuerit, ea propter concessum, quod agere prohibeantur, in ipsis quoque personis reperiri, quod causam huic præbuisse rei censerî possit, uti ex ipso adeo patefcet discursu.

Materia, vel Subjectiva vel Objectiva; illa rursus vel activa vel passiva; Subjectum verò, uti in plerisque aliis juris capitibus, ita & hic constituunt personæ, quibus quidem lex vel statutum istiusmodi tribuit beneficium; quales sunt Pupilli, Minores, Absentes certis in casibus, alique uti ex sequentibus liquebit pagellis.

Objectum, res tam corporales quàm incorporales (ne quicquam posterioribus obstante, quod non possideri, nec ita præscribi possent, cum, licet propriè non possideantur, tamen impropriè & quasi illarum sit possessio, & sic per consequens quasi præscribantur. *Donell. 2. Comment. 2. arg. l. 10. §. 1. ff. de Usurpat. & Usucap.*) tam mobiles, quàm immobiles & sese moventes, nec non facta & actiones, ita ut tam latè sese extendat hujus præscriptionis dormientis materia, quam ipsius præscriptionis aut usucapionis, ex quibus etiam hæc talia optimè peti poterunt.

Forma, consistit in eo potissimum, quod restitutione non indigeant, sed ipso jure tuti sint. *Perez. ad C. in quibus caus. restitut. necess. non est. §. 2. p. m. 78.* cum melius omnino sit intacta jura servari, quàm post causam vulneratam remedium quærere *l. fin. C. d. tit.* cum magnum in eo versetur incommodum, quod restitutio tantum cognitâ causâ detur, & tantum iis præsentibus, quorum interest. *l. 13. pr. causa enim cognita ff. de minorib.* sed cum integra est causa, perinde est, ac si nihil esset gestum; inlibatâq; illi omnia manent, nec causæ cognitio necessaria, cum & parùm tuta sint quæ ex judicantium pendent arbitrio, utilitatè hæc de re differit *Duaren. Comment. in Tit. 42. Lib. 2. Cod. p. m. 112.*

Finis, ne damnum, personis istiusmodi gaudentibus beneficiis, inferatur, sed tam ipsis personis, quàm illarum bonis validissimè prospiciatur.

Variis autem modis efferrî, hæc ipsa, ne & id sicco prorsus prætermitt-



5

termittamus pede, apud Autores sive dormitio, cum aliis effera-  
tur per NON CURRERE. *Felin. in cap. 10. extr. de prescriptionibus*  
*n. 1. p. m. 242. Hostien. de Usucapion. & prescription p. m. 239. n. 45.*  
CESSARE. *Zanger. de Exception: Part. 3 cap. 10 n. 159. & 164 p. m.*  
*492. Vultej: in jurispru. Roman. Lib. 1. c. 71. p. m. 318. B. Ekkolt. de*  
*Usucapion. §. 10. p. m. 583. Brun. ad leg. 7. §. 5. C. de prescript. 30. vel*  
*40. annor: p. m. 644. c. 1. Oldendorp: de Usucapion: & prescription.*  
*p. m. 295. n. 19 cum seq. Rüdging in Jus Camer. Lib. 1. Tit. 12 p. m. 216.*  
*Azo de prescription p. m. 24. n. 1. Idem in Lib. 1. C. p. m. 4. n. 19. IM-*  
PEDIRE. *Julius Ferrētus de Gabel: & Publican. n. 305. p. m. 199. B.*  
*Rogerus de prescript p. m. 116. n. 10. SILERE. Zanger. de Exceptio-*  
*nib: Part. 3. cap. 10 n. 159 & 164 p. m. 492. & seq: QUIESCERE.*  
*Valla de Reb Dub p. m. 368. NON PROCEDERE Joannes Eme-*  
*rich à Rosbach. process. judic. tit. 41. §. 41. p. m. 242. Oldendorp. de*  
*Exception. sub tit. in quib. causis cessat Usucap seu prescript: p. m. 453.*  
*cum seq. INTERRUPTI Julius Ferrētus de Gabell. & Public. n. 305.*  
*p. m. 99. B. Jus Prutenicum Lib. 3. Tit. 4. Artic. 2. §. 3. p. m. 123. Nicol:*  
*Carbo in Pract. practicar. Lib. . cap. 2. n. 36 p. m. 75. NON VENI-*  
RE *Monach. in Defensore juris p. m. 785. SUSPENDI. Brun. ad.*  
*l. 7. §. 5. C. de prescript 30. vel 40. annor p. m. 644. col. 1. SUBDUCI*  
TEMPUS. *Valla de Rebus Dub p. m. 368 Balbus de prescript. part. 1.*  
*part. 6 principal. p. m. 527. n. 12. Baldus de Perusio in Innocent: ad*  
*cap. 10. Ex transmissa extr. de prescript. on: n. 1. p. m. 114. Pract. Car-*  
*dinalis Tuschi conclus. 549. Tom. 6 p. m. 231. Panormitanus in c. 10.*  
*extr. de prescriptionib. Cyprianus Regnerus ab Ostergâ Censura Bel-*  
*gica seu not. & animadvers. in Jus Canon: ad cap. 15. extr. de pra-*  
*scriptionib. p. m. 159. NON OBJICI cum EFFECTU. Vultej ad*  
*Institut. de Usucapionib. §. 19 p. m. 105. ESSE IN PENDENTE.*  
*Sceplitz. in promptuar. Clameri tit. 6. §. 4. n. 47. p. m. 157. STA-*  
RE. *Azo in summâ ad Cod. p. m. 4. n. 9. RETARDARI. Innocent sus-*  
*per Decret. ad cap. 10. Ex transmissa extr. de prescription: n. 2. fol. 14.*  
E MEDIO TEMPUS RUMPERE. *Hostiensis de prescript. rer-*  
*um immobilium n. 45 p. m. 239. QUASIDORMIRE. Valla de*  
*Rebus Dub: pag. mihi 368. Vultej. ad Institut. de Usucapionib. §. 19.*  
*p. m. 105. QUASI QUIESCERE. Valla d. Reb Dub. d. l. pluraq; fortè*  
anxi inquirenti, se te offerent, quamvis negari haud possit, multis hæc  
modis inter se differre & modò propriè, modò impropriè sumi; no-



bis in præsentiarum suffecerit monuisse, tam variis sive esse efferi vocabulis.

Sic præterea maximè inter se differunt DORMIRE, INTERRUPTIO, NON PROCEDERE, NON CURRERE. Quippe NON PROCEDERE præscriptio dicitur, quando ob impedimentum aliquid non incipit, vel incipere nequit, cujus quatuor inveniuntur potissimum modi. 1. si desit civilis possessio. 2. Justus titulus. 3. bona fides. 4. Res alienari sit prohibita. DORMIRE censetur, quando, postquam inchoata est, aliquanto tempore cessat, eoque finito, quasi resurgit, cumq; præsentis tempore continuatur. INTERRUPTIO generaliter loquendo, & naturaliter (cujus novem recenset modus Anton: Concius in Scholis ad L. 2. C. de annal. exception. p. m. 70.) contingit; & Civiliter (cujus quinque idem recenset modos laudatus autor. l. d. p. m. 71.) aliterque Usurpatio dicitur. Conan. Lib. 3. c. 14. n. 1. Joann. Streinius summa juris Canon. Part. 2. Tit. 13. §. 5. p. m. 527. seq. Brunm. Repetit. Paratit. Wesenb. Lib. 41. Tit. 3. quest. 37. p. m. 512. Wesenb. de Usurpation: & Usucapion: n. 15. Balb. de præscriptionib. part. 1. part. 6. princ. n. 1. p. m. 522. & 484. Struv. in Syntagm. Juris Civil. Exerc. XLII. Thes. 26. p. m. 629. Treutl. Disput. 22. Thes. 7. lit. F. Zanger. de Exceptionib. Part. 3. c. 10. n. 58 p. m. 492. Brunman. ad L. 7. §. 5. C. de præscripti. 30. vel 40. annorum. ibique adlegati. NON CURRERE, dicitur præscriptio, quando nec unquam currere incepit, quare & plerique Doctor. in interpretando juris brocardico. Agere non valenti non currit præscriptio, intelligant de præscriptione, quæ inchoari non valet. videatur Wesenb. de Usurpat: & Usucapionib. n. 15. ad eumque Sleiff. Tabor. in Thesauro locorum communium. Barbose Lib. 14. c. 64. Axiom 3. p. m. 352.

Differentia porro hujus præscriptionis, ab restitutionis in integrum, in eo consistere videtur, quod, cui dormiat hæc ipsa præscriptio, restitui in integrum necessum haud habeat, sed satis munitus sit hoc ipso beneficio, ut proin pinguiori jure gaudere haud inmerito, dici queat, cum plus sit integram causam servare, quam restitui. Gothofr. ad l. 2. C. In quibus caus. in integrum restitutio necessaria non est. n. 23. seu verbis ut utar Perez prælectio. in C. In quib. caus. rest. §. 2. quia si ipso jure tutus sit, quare petat restitutionem l. 16. ff. de



7

*de Minorib.* Est autem ipso jure tutus, cum rei suæ dominium, totumque jus suum integrum retineat, ac id omne, quod gestum est, pro non facto habeatur, ita ut nulla in eum efficax competat actio.

Sed alia excutienda querens venit, quodnam tempus in hac præscriptione veniat, utile nè an continuum; nullum autem dubium, tempus qui veniat continuum, nisi lege contrarium sit cautum: quâ de re cum integrum contineat caput *Balb. de præscriptione. 2. Part. principalis p. m. 194. is aliqui inibi adlegati nec non Anton. Bardus in tractatu de tempore utili & continuo cap. 15. n. 3, p. m. 132.* consuli poterunt; nos actum agere nolumus, aliorumque expilare scrinia; sed ipsam bonis & faultis cum avibus, adgredimur rem, exempla que lectio quæ suggestit, in medium proferemus, ut exin de reliquis & omnis fortè judicium eo faciliùs fieri possit.

## DE JURE CIVILI.

Dormit proin præscriptio I. IN EO QUI IN UTERO EST, sive qui nec dum natus, teste *Amerbachio in Consil. Doct. Caroli Molinæ Tom. 1. Consil. 8. n. 18. p. m. 60. & Consil. 26. §. 2. p. 178.* partim, quod jam in vivis esse intelligatur, quaterus de utilitate ipsius quaeritur. *l. 7. & 26. ff. de statu homin. l. 2. §. 6. ff. de Exusat. l. 53. & 21. ff. de V. S. l. 187. ff. de R. J. aliisque adlegatis in disputatione de Factionibus, habitâ sub presidio Dn. Presidis class. 8. §. column. 52.* partim quod æquiparetur pupillis *Amerbach: d. l. Anton Faber ad l. 4. ff. de Minorib. quamvis Struv Ex. 43. th. 10. Donell Lib. 21. c. 8. ibiq; H. Lig. Lit. B. p. m. 788. Brunm. & Gorbafred: ad l. 45. ff. de Minorib. n. 5. ibiq; laudati, hoc in casu opus esse restitutione in integrum velint. Licet ex sententiâ Amerbachi & aliorum, dormiat in eo, qui in utero existit, in præscriptione Legali: fecus tamen in Conventionali, ubi currit, etiam ultra restitutionis beneficium *Gilk n de præscriptione. Part. 3. cap. 1. n. 27. p. 506. Balb. de præscript. 1. part. 6. part. principalis n. 32. p. m. 505.* imprimis *Stryk in d. ssertat. Inaugural. ad L. Emilium c. 5. §. 9. seqq. p. m. 56 f. 9.**

Cessat II. IN PUPILLO præscriptio, ob ætatem pupillarem, cum in illo ne quidem longissimi precedat temporis præscriptio; ubi tamen distinguit *Capolla de Usucapione pro Emittore p. m. 143. n. 17.*

quod



quod emens rem pupillarem, ab ipso pupillo, sciverit ipsum esse pupillum, & sic in mala versetur fide, nullo prorsus præscribere valeat tempore. per l. 1. in pr. C si quis ignorav. rem minor. ibique gloss. aut emtor non fuit in mala fide, quod putaret pupillum esse adultum, & sic præscribi 30 vel 40 annorum spatio; vel alienatur per aliam personam, v. g. tutorem, tanquam res pupillaris, sine decreto, & nulla locum præscriptio habet; vel tanquam res aliena, nomine proprio, ubi quidem valet alienatio, in præjudicium alienantis, non verò in præjudicium pupilli; & durante pupillari ætate, non currit: quod etiam obtinet, quamvis inceperit præscriptio, contra majorem defunctum, cum tempore pupillaris ætatis dormiat, latè deducente Capolla loco adlegato Bartol. ad l. 5 Naturaliter. ff. de Usurpation. & Usucapion. n. 18. column. 294. quia persona, contra quam præscribitur, magis est contra præscriptionem quàm pro præscriptione, id. ibid. Azo ad Cod. de præscript. 30 vel 40 annorum n. 9. col. 776. Baldus de Perusio in Innocent. ad cap. 10 ex transmissa ext. de præscription. Hostiens. super Decret. de præscript. n. 4. fol. 171. A. Innocent. super Decret. ad c. 10. ext. de præscript. n. 1. fol. 114. Cardinal Tuschus conclus. 548. lit. P. n. 4. p. m. 230. Zanger. de Exceptione Part 3. cap. 10. n. 159. p. m. 492. Clammer. in compend. Juris Civilis & Feud. Tit. 41. n. 10. pag. 409. Simoncellus. de decret. Minor. Lib. 3. Tit. 9. n. 47. p. m. 511. Treutl. Vol. 2. Disp. 22. Thes. 3. p. m. 89 ibique Bachov. Lit. G. p. m. 36. Vulteij. in Jurispr. Rom. Lib. 1. Tit. 71. fol. 318. Mejer. in C. J. A. de Usurp. & Usucap. Thes. 9. Struv. in Syntag. J. C. Exercit. 43. Thes. 10. Brunm. ad L. 3. ff. de Usurpat. & Usucapion. Idem ad l. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Anton. Perez ad C. de præscr. 30. vel 40. ann. §. 12. p. 443. Paul. de Castro Part 1. Conf. 201 §. 2. Aymon. Cravetta Part. 5. Conf. 967. §. 3. p. m. 336 Molineus Conf. 8. n. 18. p. m. 47. Pfeil. Conf. 18. n. 10. p. m. 42. & Conf. 82. §. 18. p. m. 267. Mynsing Respond. Juris Decad. 12. Respons. 3. §. 10. seq. p. 76. ibi; quod si præscriptio cœperit currere, contra defunctum, tamen adversus successorem durante pupillari ætate non currit, idem confirmat dec. 14. Respons. 5. §. 18. seq. p. 10. Joan Philip. Steinhaus summa juris Civil. & Canon. ad ff. de Usurpat. & Usucapion. §. 9. p. m. 308 Borcholt in Conf. Altorf. Respons. 56. p. 283. Balb. de præscription. Part. 1. part. 6. principal. n. 11. p. 526. Hostiens. de præscr. rerum immobilium. n. 45 p. m. 39 Practic Fermariens. in Form. Respons. Rei conv. n. 24. p. m. 100. Oldendorp. de præscription



scription: p. m. 295. n. 19. Masverius. in *Præctico forensi. de præscript. p. m.*  
 314. Joan: Baptista à Villalobos. *lit. P. Comm. opinion: n. 279. pag. 203.*  
 Gilken. *de Usucap. Part: 3. cap. 1. n. 23. Faber. ad C. lib. 2. Tit. 20. De-*  
*fin: 2. Et quam plures alii: quod non minus in statutaria obtinet præ-*  
*scriptione, quam legali. per plura allegata Dd. Secus tamen in*  
*Conventionali, quæ, cum defuncto majori cœpta, indistinctè contra*  
*Pupillum, excludo etiam restitutionis beneficio, currit. l. 38. ff. de*  
*Minorib. ibique Bartol. Brunm: ad l. 3. C. de præscript: 30. vel 40.*  
*annor: item ad l. 38. n. 5. ff. de Minorib. ibique adlegati. Struv: in*  
*Synag: J. C. Exercit: 43. n. 17. Gilken. de præscript: Part: 3. cap. 1.*  
*n. 25. Balb: de præscript: Part: 1. Part. 6. princip: n. 30. Thessaurus De-*  
*cision 191. n. 1. Sfortia Oddus. de Restitution. Part: 2. quæstion: 88. art.*  
*3. Præctica Ferrariens. in Form: sub. restitution: in integr. fol: 360. n. 2.*  
 cum iniquum sit eum qui cum pupillo non contraxit, cogi exspe-  
 ctare ipsius pubertatem. l. 3. ff. *quib: ex caus. in possess.* quamvis aliam  
 etiam suppeditat rationem l. 6. §. 10. ff. *quæ in fraud. cred.* quod sc.  
 pupilli ignorantia, quæ per ætatem contingit, non debeat esse captio-  
 sa creditoribus, ipsique lucrosa. *Fab. ad C. lib. 2. tit: 20. Defin: 2. p. m.*  
 146. ubi hoc duobus insuper confirmat præjudiciis.

III. De pupillis quod dictum; idem obtinet in MINORE.  
*Cæpolla. de usucapione pro Emptore. p. m. 143. n. 17. Struv: in Synag. J. C.*  
*Exercitation: 43. Thes. 10. per l. 3. C. quibus non objic. long: temp præ-*  
*scrip: Simoncellus de decret: Minorum. lib. 3. tit. 9. n. 453. p. m. 511.*  
*Hostiens. sup. Decret. de præscript: n. 4. fol. 170. B. Zæsius ad Decret: de*  
*præscript: §. 18. p. m. 173. l. 48. ff. de A. R. D. l. fin. C. in quib. caus. in in-*  
*tegr. restit. necessaria non est. unde & eadem adhiberi divisiones po-*  
 terunt, superius quæ adlatæ l. fin. C. *in quib. caus. ex quâ constat*  
 differentiam esse statuendam in præscriptionibus temporalibus, non  
 etiam temporis longissimi; hinc *Schmaderus in tractatu feudali. Part: 1.*  
*quæst: 5. §. 26. p. m. 12. nullam vult currere præscriptionem contra*  
 Minorem 25 annis, sed hoc tanquam speciale privilegium d. l. finali  
 esse indultum, indeque falsam esse sententiam Doctorum contrari-  
 um statuentium: & quando *Scurfius Cent. 1. conf. 28. §. 5. ipsis Mi-*  
 noribus restitutionem in integrum competere putat. *conf. 61. n. 11. p.*  
*m. 340. mentem corrigere videtur, nec quicquam opponitur l. unic.*  
*§. si advers. usucap. l. 45. ff. de Minorib. Cum usucapio veniat sepa-*  
 B randa



randa à præscriptione, cum hæc exceptio quædam sit, sese in temporis spacio fundans, & sic usucapione favorabilior. Uti frustra quoque objicitur, in contractibus opus esse restitutione, & sic per consequens quoque; in præscriptione, cum præscriptiones proficiantur ex quodam juris rigore, & quodammodo sint odiosæ, quod secus in contractibus; nec minus incommodè quoque; opponi siveit l. 38. ff. de Minorib: in quâ dicitur Minorem adversus temporariam restitui præscriptionem; cum dicta lex loquatur de præscriptione conventionali, longè quæ favorabilior illâ ex juris quæ provenit rigore. *Dua- ren: ad l. fin. C. in quib. caus. in integr. restit. p. m. ut. seq.* prois, si præscriptio adversus prædecessorem fuerit inchoata, durante minorenni ætate, cessat ac dormit. l. 48. pr. ff. de A. R. D. *Struv. in Syntag. J. C. Exerc. 43. Thes. 10. Mejer. in C. J. A. de Usurpat. & Usucap. Thes. 9. Hahn. ad Wesenb. d. 1. Thes. 12. lit. H. p. m. 177.* quibus adjici possunt *Azo de usucap. seu præscr. p. m. 34. n. 1. Joann. Baptist. à Villalobos. lit. P. n. 279. & 31. p. m. 203. Capoll: de Usucap. pro Emptore. p. m. 143. n. 17. Vultej. in Jnrisp. Rom. fol. 318. ibique annotata n. 53. Treuil. de Usurp. & Usucap. Thes. 3. lit. H. inque cum Bachov. Disp. 22. Thes. 3. lit. H. p. m. 177. col. 2. & Disp. 11. Thes. 12. lit. A. p. m. 210. col. 2. Vol. 1. Gilken. de præscript. Part. 3 cap: 1. n. 63. & seqq. p. m. 514. seqq. Fa- ber. ad C. lib. 2. Tit. 20. Defin. 2. p. m. 146. col. 1. Brunm in Repetion: Panatitl. Wesenbec. lib. 41. tit. 3. quest. 356. p. m. 511. ut meritò reji- cienda sit sententia Dd. uti Brunnemanni. ad l. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. Wesenb. de Usurpat. & Usucap. n. 14. Zanger. de Except. Part. 3. Cap. 10. p. m. 492. n. 162. seq.* contrarium statuentium. Sed quæri possit Nummò dormiat in Exceptione privilegiatâ de non numeratâ pecuniâ? ubi distinguendum, Cœperitne in Antecese- fore, an in ipso minore? priori casu currit, posteriori ne currere qui- dem incipit. videantur *Cæpolla de Usucapione pro Emptore. fol. 143. Dua- ren. ad l. fin. C. in quib. caus. restit. p. m. 11.* In conventionali idem. obtinere, quod in Thesi præcedenti; de pupillari ætate dictum, adfir- mat *Struvius in Syntag. J. C. Exercit. 43. Thes. 10. Brannm. ad l. ult. C. in quib. caus. in integr. restit. & ad l. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Stryk. in Disput: Inaugurali ad L. Æmilium. cap. 5. §. 5. p. 54. & plures in superiori Thesi adlegati.*

IV. Quiescit porro in FILIOFAMILIAS ratione peculii, non quidem



quidem profectitii, quod proprio jure pertinet ad ipsos parentes; nec castrensis, vel quasi; in quibus filiusfamilias instar patrisfamilias habetur, sed adventitio, in quo ususfructus patri acquiritur, licet proprietas penes ipsam sit filium; in bonis imprimis maternis, in quibus contra filium durante patriâ potestate præscriptio non currit, sed cœpta dormit. *l. 4. in fin. C. de bon. quæ lib. l. ult. C. de annali exception. l. 1. in fin. C. de bon. matern. juncta authen. Tricennale, eodem.* Ubi tamen secundum *Dd.* distinguendum, utrum bona materna filiusfam: adjecitâ hæc conditione acceperit, ut pater in illis nullum haberet usumfructum, sed possideat ut peculium plenum seu irregulare, & hoc in casu, quin currat contra filiumfamilias, nullum dubium; cum ipse in iis pro patrefamilias habeatur, possitque pro lubitu cum illis disponere, ita ut vel invito patre alienare possit; *arg. l. ult. §. 5. C. de bon. quæ lib. Donell. Lib. 17. cap. 4. Brunm. ad L. 1. §. ult. C. de annali except. vel nullâ additâ conditione accepit, & pater relicta filio proprietate, acquirit nudum usumfructum; bona ista si usucapionis initium habuerint, antequam adventitia existerent; dormit durante patriâ potestate præscriptio, quo tempore elapso, currere rursus incipit. Auth. Nisi. C. de bon. mater. per regulam juris. Agere non valenti, non currit præscriptio; ad quod peculium adventitiû plenum, jus quoq; Saxonicum refert, si filiusfamilias seorsim habitet, ac familiam instituat, aut filia nubat, pater restituere cogitur. *Sandr. Lib. 1. art. 11. Schulz. ad Tit. 9. Lib. 2. Inst. Lit. B. §. C. Carpzov. Part. 2. Constit. 10. Definit. 7. §. 5.* Id autem quod de bonis adventitiis maternis dictum, obtinet quoque in omni adventitio minus pleno, sive à matre, sive à quovis alio extraneo proficiscatur, in quibus dormit præscriptio, sive antea usucapio sit cœpta, durante patriâ potestate; si filius autem sacra paterna egressus fuerit, cursum, junctis prioribus temporibus, currit. *Præctica Ferrariensis. in Formâ Respons. Rei convent. p. m. 100. n. 24. Capolla de Usucapione pro Emtore. fol. 131. n. 41. Gilken. de præscription. Part. 3. cap. 3. n. 363. seqq. p. m. 657. seq. Marc. Nepos de Monte Albano. de præscriptionis & Usucap. Exceptione. p. m. 169. Monach. in Defensore juris. sub tit. de Exception. cont. usucapionem & præscript. p. m. 756. n. 8. Roder. Svarerz. in Tit. de Arrhis. p. m. 307. n. 33. seq. Struv. in Synt. J. C. Exerc. 43. §. 16. Carpzov. Part. 2. Constitut. 3. Definit. 11. Oldendorp. de Except. Tit. quibus in causis cess. usucap.**



n. 12. p. m. 453. nec non de præscript. p. m. 294. n. 18. Treutl. Volum. 2. Disput. 22. Thes. 2. p. m. 189. quamvis Balbus de præscription. Part. 1. part. 6. princip. n. 12. p. m. 527. Panormitanum satis impertinenter (nescio an ipse satis impertinenter, cum nullam hujus rei adiciat rationem, reddat) hanc defenditare sententiam velit, quæ enim subijcit, quod non conveniat hic casus, sed potius sub illâ cadat parte, quando præscriptio non currat, quod impediatur præscriptio inchoari, & sic non possit dici quod dormiat; intelligenda potius veniunt de illo casu, ubi nondum currere cœpit, postquam facta sunt adventitia, quâ de re hic non esse sermonem ex superioribus satis liquet; sed an hodie idem, juris meritò dubitari possit, cum filio concedatur actio etiam in bonis adventitiis; contra regulam vulgarem. Nullam nobis intercedere litem cum iis, quos in potestate habemus. Petr. Busius. Comment. in ff. ad l. 4. de judic. n. 1. pag. mib. 268. notaute eodem Busi: d. l. §. 2. Grænvegen ad eundem l. 4. uti notat Brunman. in l. 4. ff. de judiciis. n. 2. quod & de jure Canonico obtinere docet glossa ultima, in c. ultimo de judic. in 6. Castrensis hic per cap. 36. Queritur, caus. 2. quæst. 7. quamvis egregie notante Mevio. Decis. part. 3. dec. 298. parentum & liberorum, de mutuis debitis, litigia frivola non sinenda sint impunita: cum ergo adversus parentes instituatur actio, multo magis hoc asserendum videtur de extraneo, cum cessante juris Civilis ratione, meritò etiam cessare dispositionem dici possit.

Dormit: V. IN FUNDO SEU ALIA QUAVIS. RE DOTALI, latè id deducente Sichard. ad l. 30. §. omnis autem. C. de jure dotium. p. m. 608. n. 3. non item in paraphernis. Gomez. Decis. cent. 1. factò 16 p. m. 498. n. 8. in quâ contra uxorem, durante matrimonio, teste Innocent. super Decretal. ad cap. 10. Extransmissâ. ext. de præscription. n. 1. fol. 114. Baldo de Perusio super Innocent. ad c. 10. Extransmissâ. ext. de præscript. Matth. Sasbout. regular. J. C. & Pontificii. Parte. 2. lib. 4. p. m. 174. ibique citata. non currit præscriptio, nequidem 40 annorum, nisi, antequam dotales fierent, res illa dotalis currere cœpta sit. Andr. Vallens. Paratitl. Decretal. de præscription. §. 8. §. 5. n. IX p. m. 361. per. l. 30. §. fin. C. de jure dotium, cum tunc emporis periculo mariti currat, si verò paucissimum tempus adhuc super sit,



superfit, marito nihil imputabitur, per l. 6. ff. de fundo dotali, ibiq; Gothof. & Brunman. sed mulier soluto matrimonio dotem sive aestimato sive inæstimatò datam, optimo jure repetere potest, quæ naturaliter in nio mansit; cum in aliis mariti bonis & hypothecam & præ omnibus creditoribus prælationis privilegium habeat; dotis enim domidominium, licet actionū & fructuum ratione ad maritum transeat, naturale tamen apud Uxorem manet, quod constante matrimonio quiescit, ita, ut maritus dominium habeat revocabile, mulier verò naturale, Carpzov. Part. 2. Const. 42. Defin. 19. n. 20. seq. Brunm. ad l. 30. C. de jure dotium. Etiam si pendente matrimonio maritus vergat ad inopiam. l. 30. §. omnis autem. C. de jure. dot. ibique Gothof. n. 14. & gloss. Brunm. ad l. 16. ff. de fund. dotal. & ad l. 30. §. omnis. C. de jure dot. Roder. Suarez. in Tit. de Arrbis. p. m. 307. n. 33. pr. Monach. in Defensore juris. Tit. 18. de Exceptione cont. usucap. & præscript. n. 7. Prætica Ferrariens. in form. Respons. Rei conventi. p. m. 100. n. 24. Marc. Nepos de Monte Albano. de Except. cont. usucapion. & præscript. p. m. 170. Vultej. in Jurisp. Rom. lib. 1. cap. 71. p. m. 319. Oldendorp. de usucap. & præscr. p. m. 290. Rogerus de præscr. p. m. 116. n. 9. cap. 2. Faber. ad C. Lib. 7. Tit. 9. Defin. 9. p. m. 803. Oldendorp. de Except. in quib. caus. cess. usuc. p. 450. n. 7. Zang. de Except. Part. 3. cap. 10. §. 50. p. m. 474. Mejer. in C. J. A. de usurp. & usucap. Thes. 9. n. 13. p. m. 953. aliique plures. quod etiam sequitur Preusch. Landr. Lib. 3. Tit. 4. Art. 2. §. 5. p. 124. quod idem de dotalitio asserit, idque in favorem mulierum, in quarum gratiâ plurima concessa esse privilegia notissimum est, non ob amorem in gratiam Theodoræ, ut alii volunt, sed ut eo citius procum rursus reperirent, sicque Civitas civibus impleretur. Ubi tamen adhuc notandum venit, quod si maritum jam ante decennium ad inopiam (quam non adlegare sufficit, sed probatione omnino indiget, Carpzov. Part. 2. Const. 24. Def. 11. n. 4. seq. quæ probata videtur, quando evidentissimè adferit non sufficere facultates mariti ad dotis exactionem per l. 24. pr. ff. solut. matrim.) vergere publicè constiterit, mulier currere præscriptionem, quia agere potuerit; per tradita a Brunnemanno. ad L. 30. §. omnis. C. de jure dot. duobus autem temporibus tantum agere mulieribus concessum, soluto scil. matrimonio, per l. 30. C. de jure dotium. & marito vergente ad inopiam, quod constitutum intuitu humanitatis l. 296. ff. de jure dot. Movent



hic etiam *Dd.* quaestionem, an in propriis sibi debitis, constante matrimonio adversus uxorem currat praescriptio; qua in sententia plures reperiuntur *Dd.* ut etiam eidem se quondam subscripsisse testatur. *Roder. Suarez. Tit. de Arrhis. §. 33. p. 307.* quamvis postea castra mutavit, ubi ibidem ad argumenta *Joann. Fabri. l. 1. C. de bon. matern.* respondet, qui cum latissimè hanc pertractavit materiam, inibi inincipi potest: Qui pluribus etiam examinat quaestionem, An res donatae propter nuptias constante matrimonio, consentiente uxore alienari possint, numque praescriptio in eis alienatis currat constante matrimonio. addetur *c. 4. extr. de emtione & venditione*; ubi tria ad istius rei praescriptionem requiruntur. 1. ut per triginta annorum spatium constante matrimonio fuerit possessa bona fide & iusto titulo. 2. pretium in communem viri & uxoris usum sit conversum. 3. tempore venditionis in facultatibus Viri consisterit, unde mulier sibi consulere potuisset, cum alias regulariter ne quidem consentiente muliere res alienari & sic praescribi possit. *pr. Inst. Quib. alien. licet vel non. & Gothofr. in Auth. Sive à me. C. ad SCium Vellejan. n. 20.* sed soluto matrimonio currere incipit, quo durante incipere haud potuit, *per l. 7. §. 4. C. de praescription. 30. vel 40. annorum.*

Dormit. VI. praescriptio quadecennii JACENTE HÆRE-  
DITATE. teste *Brunnemanno. ad l. 5. §. 1. C. de temporib. in integr. restitut. ibique adlegati Bartol. & Baldus,* nisi dolosè aut per supinam negligentiam adire sustulerit; per tradita ab *Oddo. de in integrum restitutione. quest. 20. art. 9. n. 86. seqq.* quia dolus suus nemini prodesse debet, & culpa lata æquiparatur dolo, quam etiam sequitur *Cyn. in l. 8. C. de jure delib.* postque illum plures alii. *Oldendorp. de Exception. in quib. caus. cess. usucapio seu praescriptio. p. m. 454. n. 14. Balbus de praescription. Part. 1. part. 6. principal. p. m. 526. n. 10. nec obstat. l. 17. §. 30. ff. Ex quib. caus. major. quae de re latè Felin. sup. decret. de praescript. ad c. 4. col. 193. §. 20. seqq.* qui etiam numero 22, de conventionali tractat, inque eadem reperire locum negat.

Silet VII. quoque praescriptio propter ABSENTIAM. *Struv. in Syntag. f. C. Exercit. 43. §. 26. p. 629. n. 4 ADVERSARII,* si quis ad cursum praescriptionis sistendum, illà fuerit usus interruptione, quæ traditur in *l. 2. C. de annali exception.* sed quaeri hic possit, locumne habeat in absente reipublicæ causâ? cum absentia ejus qui  
Reipub,



Reipub. causâ abest, neque ei neque alii damnosa esse debeat *l. 140. ff. de R. I. ibique interpretes. Dd. ferè ad unum per l. 15. §. 3. ff. Ex quib. caus. major.* volunt, quod, si ante absentiam inchoata sit præscriptio, interjecto absentia tempore, præscriptio quidem currat, sed restitutio in integrum detur reverso, quod actione Publicianâ fingatur, illum non usucepisse, qui usucepit *§. 5. Instit. de A. videbimus ergò, ane etiam rectè dormire dicatur, quod videtur adfirmandum 1. quia beneficia sunt amplianda non restringenda. 2. jus Prutenicum, quod in plerisque vestigiis juris communis insistere amat Lib. 3. Tit. 4. §. 4. p. m. 124.* expressis verbis hoc statuatur, adjectâ ratione, quod, quia publico inservierit, à præscriptione sit liberandus, antecedentes quoque & consequentes casus de dormitione agant: confirmat idem *Joann. Baptista à Villalobos. Opinion. commun. sub. lit. A. p. m. 77. n. 1.* quod enim *Balbus de præscript. Part. 3. Part. 6. principal. n. 12. pag. 527.* impertinenter *Panormitanum* egisse arguat, quod dormire adfirmet in absente Reipubl. causâ, & quidem ex hoc argumento, quod currere incipere haud potuisset, parum nos moverit, cum ante perfectionem nihil impedimento fuerit, quo minus initium usucapio capere posset, quo de casu hic maxime agitur, placet ergo *Panormitanum* potiùs hac in parte sequi, cum lex de absente verba faciens, nullam certam adiciat causam, quod autem de absente reipublicæ causâ, verbi gratiâ *Legato*, dictum, meritò etiam subauditur de illius itineris comitibus; ita quoque adversus hos non currit præscriptio, quamvis adhuc domi sed propediem abfuturi & profecturi sint, cum in eum qui itineri se præparat præscriptio locum non habeat, cum ad suscipiendum se præparans, per fictionem quandam juris pro jam absente habeatur, secundum commune illud juris brocardicum, potentia enim actui propinqua pro actu habetur. *arg. l. pen. ibique Dd. ff. de militari testam. Gail. lib. 2. observ. 80. n. 9. & cingendus, juxta commune proverbium, habetur pro jam cincto.* Quod autem dictum de absentibus Reipub. causâ, sunt qui putant etiam referendum ad illos qui ex aliâ probabili causâ, videlicet studiorum causâ absentes; quod tamen accipiendum putat *Anton. Concius. in Scholis ad materiam præscriptionum ad l. unic. C. quib. non obj. long. temp. præscr. §. 4. p. m. 26.* cum distinctione legis 28. ff. *Ex quib. caus. major.*

Quod de absente Reipub. causâ dictum, locum quoque *l. X.* habet



bet In CAPTIVO ab HOSTIBUS. *arg. l. 15. pr. §. 3. ff. ex quib. major.* imprimis in præscriptione conventionali, si scilicet inopinatio in vinculis esse cœperit, aut in hostium potestate, ita quidem ut solutionem alteri mandare non licuerit. per *l. 23. princ. ff. de Usur. Stryk in Dissertat. Inaugural. ad L. Æmilius. cap. 4. §. 14. p. 50.* In legali quàm maxime etiam locum habere adfirmat *Innocent. sup. Decretal. ad cap. 10. Ex transmissâ. extr. de præscriptionib. n. 1. fol. 114. ut & Bald. de Perusio in reperiario super Innocentium. ad c. 10. ext. de præscript.* procul dubio, quod captivus reversus fingatur retro in Civitate fuisse, omniaque jura recipiat *l. 12. 16. 30. de Captiv. §. 5. Inst. quib. mod. jus pat. pot. solvit. §. 2. l. de Attilian. Tutor.* tam ex lege Cornel. quæ in supplementum postliminii lata, uti pluribus deductum in *Disputatione supra laudatâ de Fictionibus*, tum quod in multis eodem jure gaudeat, quo minores, teste *Gotthofredo ad l. 17. ff. ex quib. caus. maj. n. 59*, tum quod procuratorem habere non possint *l. 15. ff. eod. ubi tamen notandum, quod Streinius in summâ Juris Canon. Part. 5. Tit. 9. differ. 20. pag. mib. 141.* hanc velit obtinere differentiam inter Jus Civile & Canonicum, quod de jure Civili postliminio reversis datur rescissoria interquadriennium, secundum Canonicum verò non datur, quod eo tempore non currat præscriptio.

Impeditur etiam IX. OB ADVERSARI I POTENTIAM. *Struv. in Syntagm. J. C. Exercitat. XLIII. Thes. XXVI.* quâ cum ad jus suum persequendum, actor quandoque detineri vel deterreri possit, ob justum quendam metum, qui in hominem constantissimum etiam cadere possit, cum talis metus justissimam mereatur veniam, per *Dd. ad Tit. ff. quod metus causa.* interea temporis dormit præscriptio, quo remoto obstaculo, rursus currere incipit, atque prioricum tempore continuatur, probante id *Felin. super decretal. Lib. 1. Tit. 28. c. 10. n. 4. col. 243.*

X. Dormit quoque Præscriptio secundum *Francisc. Bursatum Cons. 66. n. 24. p. m. 396.* ubi hoc ipsum præjudicio comprobatur, pluresque *Dd.* in sententiam suam adducit. Idem testatur *Felin. super Decretal. de præscription. c. 10. ex transmissâ. §. 7. pr. col. 245. & Balb. de præscription. part. 1. part. 6. princip.* UBI JUS NON REDDITUR OB DEFECTUM JUDICIS. SEU REI, quamvis id ex *l. 26. ff. ex quib. caus. major.* ab illo adlegata vix videatur elici posse. ubi ta-

men



men prædictus autor limitat secundum *Innocentium, in c. 10. extr. de præscript. n. 1. fol. 114.* procedere, dum modo actor doceat, se voluisse agere, sed non potuisse, quia jus non reddebatur in loco propter iudicis defectum, ut non potuerit jus suum persequi; utile quoque esse, ut super hoc impeditus, protestetur: ad formam *l. 2. C. de annali Exception.* nec sufficere probare impedimentum adfuisse, nisi simul doceatur, quod tale impedimentum fuerit causa non agendi, ubi *pagina 528.* plures in suam sententiam adducit & laudat *Dd.*

Silet. XI. TEMPORE TYRANNIDIS, cum ob crudelitatem, tempus tyrannidis cum bello æquiparetur, ut præter *Panormitanum* refert *Bartol. in Tract. de Tyrannide. quest. 7. Alex. in l. 5. Naturaliter. in adnotat. ad Bartol. p. m. 295. exque iis Balb. de præscriptionib. 1. Part. 6. Part. principal. p. m. 526. n. 9.*

Dormit. XII. IN SERVITUTE FONTIS. teste *Mench. remed. 6. retinendæ possessionis. n. 149. p. 101. ibique allegari. Franzk. quemad. servit. amitt. n. 29. p. m. 290. Brunm. ad l. 35. ff. de S. P. R. p. m. 296.* Si scilicet fons in servitute hauriendæ aquæ exaruerit. *Conrad. Schleich. in usufr. notar. ad Wesenb. part. 2. ad n. 14. de Usurpat. & Usucapion. p. 83. n. 24. Gail. Observ. Lib. 2. obs. 60. §. 2. seq. interea temporis non amittitur servitus, sed quiescit dum ad pristinum reducatur status, hic enim nulla negligentia: necessitas autem, quâ quis servitute uti prohibetur, ut alias semper, ita hic quoque meretur exculpationem. Wesenb. in Paratitl. quemadm. serv. amittantur. n. 6.*

XIII. Sic quoque IN INUNDATIONE FUNDI, cessat præscriptio. §. 24. *I. de R. D.* ubi notandus venit mos *Hollandorum*, quando ager, qui per decem annos merlus fuerit, pro derelicto habetur, nisi vel piscando vel aliis signis possessio videatur continuata, *Grot. 2. introductione. cap. 9. & de I. B. & P. Lib. 2. cap. 8. n. 8 & 10. exque eo Brunm. ad l. 23. ff. quibus modis usufr. amitt. Vinnius ad d. §. 24. Inst. de R. D.* quam consuetudinem merito duram adpellitat *Cyprian. Regn. censur. belgica ad dict. tit. p. m. 173.* cum non valenti agere, præscriptio non currere debeat, quod distinctionem illam atinet inter levem & graviolem seu perpetuam inundationem, videri poterunt laudati jam *Grot. & Brunnem. dd. ll.* casus autem hic talis fingi poterit. Ager præscribi cœptus totus per plures inundatur annos, ita ut si adjiciantur, præscriptio jam sit finita, quæ adhuc curre-

C

bat,



bat, si anni subtrahatur inundationis, quæritur anbe ager censeri debeat præscriptus? & dicitur quod non, per rationes supra adductas, cum tempus dormitionis veniat eximendum.

XIV. Dormit quoq; CRESCENTE AQVA seu INUNDATIONE AQVARUM; ita ut quis istiusmodi procellis vel aquarum inundationibus iter susceptum continuare impediatur, atque sic jus suum in iudicio persequi prohibeatur, quod expresse statuit *jus Prutenicum. Lib. 3. Tit. 4. Artic. 2. de præscriptione. §. 3. p. m. 123.* & pulchrè testante *Felino super decretal. de præscript. c. 10. ex transmissa col. 241. n. 1. Bart. in l. 2. §. 5. quod diximus ff. si quis caut. jud. ff. non sufficere censet, probare quod fuerit vis fluminis, nisi probetur quod eo tempore citatus recesserat, & ad flumen transeundi causâ pervenerat, id quod hodiernum videmus observari iis in locis, ubi iter propter istiusmodi inundationem intercipi per tempus solet. Idem testatur *Nicol. Carbo, practic. practic. Lib. 1. cap. 2. n. 36. p. m. 75.* quamvis inibi sæpius dormitionem cum interruptione confundat, ratio fundata est in communi brocardico; Comparare vel Agere non valenti; cum etiam secundò quasi dormiat usucapio, in casu emergentis impedimenti, in personâ ejus contra quem præscribitur. *Brunnemann. ad l. 3. ff. de Usurpation. & Usucapion. n. 2.**

Quæ etiam ratio XV. fundamentum præbet, in casu INFIRMITATIS. cum enim infirmis nulla sit lex posita per tradita & adlegata *Thomæ Actii in tractatu de privilegiis infirmorum. part. 1. cap. 9. §. 4. seqq. p. m. 22.* & necessitas legem non habeat. videatur *Brunnemann. ad dict. l. 3. ff. de Usurpationibus & Usucapion. Treutl. Vol. 2. Disput. 22. Thes. 3. p. m. 189.*

XVI. Dormit. IN JUSTA EX CAUSA IMPEDITO ACTIONEM INSTITUERE. *arg. c. 41. ext. de Elect. c. 8. de appell. ubi rationem pandit Joann. Baptist. Vivian. in Rational. juris Pontif. p. m. 293. vid. c. 41. de R. L. in 6. ibique Joann. Strein. part. 4. summ. juris. Canon. p. m. 125. l. 1. §. 7. ff. quando appell. sit. arg. c. 10. ext. de præscript. ibique Panormitan. Innocent. & Felin. qui inibi latissimè hanc ipsam pertractant materiam: Impedimentum autem, cum aliud sit facti, aliud juris, illud quàm maximè nocet, nisi justum & legibus comprobatum, quamvis enim vel tum noceat, datur tamen restitutio in integrum. l. 35. ff. de S. P. R. Impedimento juris interveniente*

NON



non currit aut nocet præscriptio, ubi tamen iterum ex sententiâ Brun-  
 nemanni distinguendum, inter impedimentum juris intrinsicum &  
 extrinsecum, in extrinseco currit quidem, sed datur restitutio. *ad l. 1.*  
*§. ult. C. de annali exception. per l. 26. pr. & §. 7. ff. ex quib. caus. ma-*  
*ior. Cynus ad Tit. XIX. C. de precib. Imperat. Offerend. fol. 34. B. n. 6.*  
 Intrinseca verò facit filere. vid. *Pinell. in Authent. Tricennale. C. de*  
*bonis que lib. p. m. 550. n. 42. Habn. ad Wesenb. de Usurpation. &*  
*Usucapion. § 14. p. m. 707. Masver. in practicâ forens. Tit. 22 de præ-*  
*scription. p. m. 313. n. 1. Felin. super decretal. dict. e. 10. p. m. 343.*  
*Svaretz. latè Allegatione 3. n. 2. p. m. 16. seq. B. Bachov. ad Treutl.*  
*Thes. 3. sub lit. P. p. m. 182. Vol. 2. Cessante autem causâ impedi-*  
 menti, cessat & ipsum impedimentum. *Vultej. in Iurispr. Rom. Lib. 1.*  
*cap. 71. p. m. 319. ibique allegati. Lit. A. Oldendorp. de Exception. tit.*  
*in quib. caus. usucapio & præscriptio cessat. p. m. 453. n. 11. nec non de*  
*Usucapion. & præscription. p. m. 394. n. 8. Schot an. Exam. Iuridic. de*  
*Usurp. & Usucap. p. m. 860. Ioann. Monach. in defensor. juris p. m.*  
*286. n. 8.*

XVII. Silet quoque præscriptio TEMPORE REPENTI-  
 NARUM FERIARUM; quod cum prævideri haud possint, quie-  
 scere tantisper eandem faciunt, usque dum ad finem fuerint perductæ.  
*l. 26. §. 7. ff. ex quib. caus. major. Julius Ferretus de Gabell. & Publi-*  
*can. fol. 199. B. n. 306. quamvis contrarium, illo innuente statuunt.*  
*Anton. Butrio & Joann. de Imolâ, videlicet præscriptionem currere,*  
 sed post ex causâ feriarum repentinarum restitui, cum vocabulum  
 restitutionis vel latè vel strictè quandoque in jure nostro sumi sive-  
 rit; quod autem de feriis repentinis dictum, non licet etiam referri  
 ad ferias alias ordinarias & sventas, quamvis & illæ non debeant aliquem  
 damno adficere, teste *Gailio obs. lib. 2. observ. 44. n. 1. de feriis au-*  
 tem quod supra monitum, ad alios etiam referri poterit casus simi-  
 les, ut in supplicationibus olim Deorum & aliis diebus festis noviter  
 præpositis, nec non si nundinæ in aliud tempus rejectæ fuerint, cura  
 talia ne quidem ab Argo oculatiori prævideri possint.

Cum secundum tritum illud, Minima & modica non soleat  
 curare Prætor, inde quandoque etiam cessare præscriptionem XVIII.  
 IN MODICO TEMPORE volunt *Da.* Hinc si absente aliquo vel  
 reipublicæ vel ex aliâ causâ legitimâ, modicum adhuc supersit tem-



pus, quo præterlapso, res præscripta fiet, haud quaquam illi nocet, per l. 15. §. 3. ff. *Ex quib. caus. major.* ubi etiam exempla aliquot hujus proponuntur rei, cum modicum illud tempus usucapionem non interrumpat referente *Bartolo. ff. de Except. rei judic. & pro absente* adhuc computetur, *Manz. ad Tit. Ex quib. caus. major. n. 221.* exque illo *Brunman. ad l. 15. ff. ex quib. caus. major. §. final. n. 4.*

Dormit. XIX. IN FURIOSO, contra quem ante furorem inchoata usucapio, illo durante non currit; cum nulla furiosi sit voluntas. l. 40. ff. *de R. J. ibique interpretes*; nullum item consilium & deliberatio. l. 2. §. 3. ff. *de jure Codicillor.* Cum autem duplex sit furor, vel verus, vel simulatus; verus rursus vel continuus, vel interruptus, in utroque casu quiescere haud ambigitur, modò quòd in interrupto toties currere rursus incipiat, quoties furor remittit. videatur *Cæpolla de Usucapion. pro Emtor. n. 22. cum seq. p. m. 144. Sasbout. regular. juris Civil. & Canonici. Tom. 2. p. m. 174. ibique largiori propinati manu. Felin. ad c. 12. ext. de præscription. p. m. 262. n. 9.* quod furiosus æquiparetur Pupillo; quam itidem rationem adducit *Cæpolla dict. loco.* omniaque privilegia minoribus concessa extendantur ad alios qui curatoribus reguntur. l. 7. §. 12. ff. *quib. ex caus. in possession.*

Silet præterea XX. IN PRODIGO, seu illo cui bonis interdictum est, cum omninò distinguendum hic veniat, inter prodigum moraliter seu Ethicè & juridicè sumtum, cum ille judicetur ex moribus, hic ex interdictione, cum non pro prodigo juridicè habeatur, priusquam illi bonis interdictum: quod prodigi per fictionem quandam juris cum furioso comparentur, nullaq; eidè possit esse voluntas. per l. 40. ff. *de R. I.* videatur *Gothofred. ad l. 7. §. 12. ff. quib. ex caus. in possession. n. 74.* contra prodigum igitur, si ante cœpta fuerit usucapio, quàm interdictio bonorum fieret, durante interdicto dormit, quo remisso rursus currere incipit, & prius tempus cum sequenti erit conjugendum. *Matth. Sasbout regular. juris Civil. & Pontificii. Part. 2. p. m. 174. ibiq; laudati. Cæpolla de Usucapion. pro Emtor. p. m. 262.*

Dormit. quoque XXI. in DEMENTE seu MENTE CAPTO, qui quamvis latè sumto vocabulo furiosi, etiam sub eo comprehendatur, differt tamen ab eodem, quod furiosus in specie & strictè sic dictus, denotet illum effectum qualitatis intelligibilis, qui se cum excessu dementiæ & vehementiâ quâdam ac impetu exercit. *arg. l. 22.*

§. 7.



§. 7 seq. ff. solut. matrim. Novell. Leon. 112. sive Cæpolla de Usucapion. pro Emtor. §. 21. p. m. 143. ibique allegati. furiosus patentem, habet furorem, mente verò captus seu Demens latentem. Quæcunque ergo jura locum habent in furiosis, in mente capto quoque obtinent seu Demente: inchoata ergo Usucapio ante dementiam, illâ existente dormit, quâ remissâ currere rursus incipit: sicut & de pupillari ætate dictum, cui itidem comparatur. Cæpoll. de Usucapion. pro Emtor. p. m. 144. n. 22. ibique allegat. Felin. super Decretal. de præscription. in cap. 12. n. 9. p. m. 262.

Eodem modo XXII. IN FATUO seu AMENTE dormit, qui itidem æquiparatur furioso, cum & sub generaliori furiosi significatione comprehendatur; docente Baldo. 3. Conf. 347. quicquid ergò de præcedentibus dictum, hoc quoque in casu meritò obtinet. Cæpoll. in tractat. de Usucapion. pro Emtore p. m. 144. n. 22.

Refert hic quoque XXIII. Balbus Part. 1. part. 6. principal. p. m. 527. n. 12. casum, ubi OB INDUCIAS A PRINCIPE CONCESSAS dormire præscriptio dicitur. ex l. 2. C. de precip. Imperat. offerend. ibique Cynus.

Sic quoque XXIV. ex mente Ioannis de Blanasco Burgundi in commentario sub titulo de Actionibus, in actione in factum Favianâ. QUANDO LIBERTUS IN FRAUDEM PATRONI ALIENAVERIT. ut latius apud eundem est videre, fol. 31. lit. B. quamvis si quis enucleatius rem pensitaverit, videtur potius fictio hic quædam subesse juris; cum autem materia servitutis, hodie sublata, nec quicquam utilitatis ex prolixiori tractatione percipi possit, meritò pluribus hanc tractandam materiam desistimus, ad laudatum nos remittentes Autorem.

Silet: XXV. TEMPORE MOTÆ APPELLATIONIS. si in medio motæ adpellationis, arbitri electi, & dum hi electi cognoscunt, biennium exit, si causa ad judicem adpellationis redeat, fatale adpellanti non labitur, sed dormit. per auth. Si tamen in medio. C. de temporal. appellat. quæ desumpta ex Novellâ 93. c. 1. cui ad stipulatur Clement. in cap. 4. Quamdiu. in Clement. de appellat. ratio, quia mora, non in adpellante, sed iudice, arbitros qui dedit. Hillig. in Donell. lib. 28. c. 8. Lit. N. Wurmsfer. tit. 24. observ. 2. Gail. lib. 1. Observat. 241. n. 6. in tantum, ut conventionem quoque partium prorogari possit.



*Gail. & Hillig. dict. loc. Brunman. ad dict. Authen. pag. 686. Balb. de præscription. Part. 1. Part. 6. principal. n. 12. p. m. 527. Paul. de Castro. in l. 5. Naturaliter. ff. de usurpat. & usucapion. §. 6. fol. 67.*

Sic XXVI. non currunt TERMINI seu FATALIA COPIAM JUDICIS (tum à quo, tum ad quem; si enim, alterutrius haberi copia possit, præscriptio locum habet; Brunman; ad l. 1. quando appelland. n. 10. p. m. 625.) NON HABENTIBUS, ut pluribus docet *Dn. Mevius. Decision. part. 2. Decision. 9. ubi æquum Tribunali visum fuit hoc in casu non attendi fatalia, nec opus esse imploratione restitutionis in integrum, cum omisso, præjudicio nemini esse debeat, ut pluribus dicto est videre loco, quam etiam confirmat sententiam. Joann. Tabor: Tractat: juridic. de remed. advers. sentent: competent: c. 6. §. 45. p. m. 18. per l. 1. §. 9. ff. quemadmod. appelland. Anton Faber. ad C. Lib. 3. Tit: 9. definit. 2. Hillig. ad Donell: Libr: 28. cap. 6. lit. SS. ibique allegati.*

Dormit item XXVII. TERMINUS INTRODUCENDÆ APPELLATIONIS in Imperio Camerali, si in ferias incidat, teste *Conrado Schleisio Illustr. not: ad Wesenbec. Part. 2. ad n. 14. de Usurpation. & Usucapionib. p. m. 82. seq. n. 24. quod Gail. Pract. Observat. Lib. 1. Obs. 140. n. 6. p. m. 143. omnium maximè vult procedere, si feriae sint parvae, aut terminus sub finem longarum feriarum incideret. per l. 2. §. 1. ff. si quis in jus vocat: non ierit. ubi æquius omisâ restitutione appellationem admittere, quamvis autem Gail: dict. loc. hoc velit obtinere si feriae sint parvae, non verò si magnae. Jacob. Blum. process. cameral. Tit. 49. de solut. appellat. §. 32 p. m. 384. tamen vult juxta stilum cameralem id indistinctè procedere.*

Quiescit itidem XXVIII. AGERE NON VALENTI per allegata *Colero Consil. 29. n. 126. fol. 173. B. Mevius ad jus Lubecense Lib. 1. Tit. 8. art. 1. n. 31. Vasquius de successioib. & ultim. volunt. Tom. 3. Lib. 3. ad leg. contr. major. Cod. de Inoff. Testament. n. 2. p. 196. Finkelthaus. observ. 83. §. 6. p. m. 957. Siehard. ad l. 30. §. omnis autem. C. de jure dot. §. 3. seqq. p. 608. Paul. de Castro. Consil. Part. 3. consil. 44. §. 23. fol. 51. ubi tale proponit exemplum. Petrus jus petendi feudum non habuit, nisi post mortem matris, quæ decessit, pauci anni sunt, & sic præscriptio contra eam non est completa. & Consil. 47. §. 5. statutum, quod tollit jus Agere non valenti,*

mi



iniquum appellat. videatur & Pfeil. *Consil.* 82. §. 18. p. m. 267. aliq;  
 autores quàm plurimi, quamvis autem *Wesenb. n. 14. de Usurpationibus & Usucapion.* hanc regulam intelligere velit de actione non-  
 dum natâ, uti præter alias notat. *Zanger. de Exceptionib. Part. 3. cap.*  
*10. §. 166. p. m. 493.* & *Schleif. Illustr. nota. ad Wesenbec. Part. 3. p. m.*  
*82. n. 24.* quin tamen etiam locum habeat in dormitione, nulli prorsus  
 dubitamus & toties adducta exempla sufficientissimè testantur.

Silet quoque XXIX. in Paupere, cum ne illi quidem currere dicatur, per allegata *Colero Conf. 2. §. 23. fol. 38. B. Cæpoll. de Usucapion. pro Emtor. n. 23. fol. 144.* cum pauperes & Ecclesia sibi invicem æquiparentur. per allegatum inibi *Baldum in l. 7. §. 1. C. Ad. SCtum Trebellian. circa finem.*

Dormit. XXX. IN CONCURSU ACTIONUM, in casu scilicet, quo aliquis possit successive diversis experiri actionibus, ad eandem rem vindicandam. v. g. si primum accusavi testamentum falsum, quæ accusatio duravit per multos annos, & fortè per quinquennium, quo tempore quærela expirat, an pendente primo iudicio cucurrerit illud tempus quinquennii, & dicunt *Dd.* quod non; Non enim potest imputari agenti aliqua negligentia, ergo non cucurrerit; rectè ita censente. *Sichardo ad l. 14. 16. de inofficios. testament. §. 10. p. m. 177.*

Idem XXXI. observat. *Conrad. Schleif. Illustr. notar. in Paratit. Wesenbecii. Part. 2. ad n. 14. p. m. 83.* IN MERO IMPERIO. si utendi occasio non detur, ita ex privilegio principis merum habentis imperium, gladii puta potestatem, tale privilegium præscriptione ne longissimi quidem temporis, si casus puniendi facinerosus, nullus interea temporis sese obtulerit, non amittunt, uti pluribus deducit multisque corroborat allegatis exemplisve. *Andr. Gail. Pract. Observat. Lib. 2. observ. 60. §. 6. p. m. 406.*

Idem obtinet XXXII. Ex mente & sententiâ *Balbi de præscriptionib. Part. 1. Part. 6. principal. p. m. 527. §. 12.* DURANTE PACTO DE NON AGENDO FACTO, USQUE AD CERTUM TEMPUS. cui gemina sunt, quæ ulterius tradit atque deducit *Paul. de Castro ad l. 5. Naturaliter. de usurpationib. & usucapion. per Dd. & leges inibi allegatas fol. 67. n. 6.*

DE



24  
DE JURE CANONICO.

Sic ex jure Canonum dormit præscriptio XXXIII. TEMPORE SCHISMATIS. cujus rei superius seculum, ubi duo Pontifices per triginta ferè annos, sedi præfuere papali, nobis exemplum præbet, *c. 14. extra de præscriptionibus. Balbus de præscription. Part. 1. Part. 6. principal. n. 9. p. m. 526. Præctica. Ferrariensis. de Form. Responſion. Rei convent. p. m. 100. n. 24. Guido Papa. Decifion. Gratiana. pol. quaest. 416. §. 13. p. m. 253. Bart. ad l. 5. Naturaliter. ff. de Usurpation. & Usucapion. n. 24. p. m. 295. Paul. de Castro. in dict. l. 5. ff. de Usurp. Usucap. fol. 67. n. 6. Innocent. super Decretal. ad cap. 10. ex transmissa. ext. de præscript. n. 1. fol. 114. Baldus de Perusio super Innocent. ad dict. c. 10. ext. de præscript. quia Ecclesia, quæ habet Pastorem Schismaticum, vacare intelligitur. *c. 1. extr. de Schismat. & quoniam paria sunt, nullum habere pastorem vel inlegitimum habere vel inutilem. c. 1. ext. de translat. Episcopi. Ideo sicut non currit talis præscriptio contra Ecclesiam, quæ tutore vacat, ita non debet currere contra illum, quæ per Schismaticum Episcopum indebitè gubernatur, in textu. & cap. 5. Quia diversitatem. extr. de concession. præbend. Joann. Baptist. Vivian. ration. juris Pontificii. Lib. 2. Tit. 26. cap. 1. p. m. 252. & cap. 14. p. m. 258.**

Sic dormit etiam XXXIV. IN ECCLESIA Rectore VACANTE, quia tum non potest negligentia Prælati, qui non existit, imputari. *c. 15. Auditis. extr. de præscription. cum non Entis nullæ sint qualitates, nullæ adfectiones, uti latius deducit Joann. Baptist. Vivian. rational. Lib. 2. Tit. 26. p. m. 251. & dum Ecclesia vacat, non adest proprius pastor, qui ejus jura tueatur. c. 1. Ne sede vacante, ideo ne Ecclesia interea temporis juribus suis indebitè fraudetur, dum caret Pastore, ipsa quiescit præscriptio. Idem ad cap. 4. dict. loc. p. m. 253. Brunm. ad l. 7. §. 5. C. de præscript. 30. vel. 40. annor. p. m. 644. Idem ad l. 3. ff. de Usucapion. Bart. ad l. 5. Naturaliter. ff. de Usurp. ex Usucap. n. 24. p. m. 295. Innocent. super Decretal. in cap. 10. Ex transmissa. ext. de præscriptionib. n. 1. p. m. 114. Baldus de Perusio super Innocent. ad dict. c. 10. Paul. de Castro. in l. 5. ff. de Usurp. & Usucap. fol. 67. n. 6. Hofiens. de præscript. rerum immobilium. p. m. 239.*

n. 45.



*n. 45. Balb. de prescription: Part. 1. Part. 6. principal. n. 7. p. m. 525. Panormitan. sup. Decretal: ad d. cap. 10. Extr. de prescription: n. 8. Col. 28. B. quod alii reddunt per NON CURRERE. uti Prætica Ferrariens. in Form. respons. rei convent: n. 24. p. m. 100. Durand; de prescription. n. 8. p. m. 93. Matth. Sasbout; in R. J. Civilis & Pontificii. Part. 2. Lib. 14. p. m. 174. alique male, uti & sæpe alias factum, meminimus hæc confundentes. Vacare autem Ecclesia Rectore dicitur non tantum cum prorsus destituitur Pælato, verum etiam, cum quidem Prælatum habeat, etiam confirmatum, possessionem verò nondum adeptum; per vulgare illud, Paria esse sedem vacare, vel habere prælatum qui impeditur in possessione adipiscendâ. Hostiens. in c. 10. extr. de restitution: spoliator; c. 2. de in integrum restitut: id quod locum etiam habet in Prælato per Papam creato, nondum tamen literas promotionis suæ habente, quia adhuc Ecclesia vacare dicitur, quod & dicendum si habeat quidem literas, Ecclesiæ verò sibi collatæ nondum ostenderit. latè id prosequente Felino. in cap. 1. extr. de prescriptionib. n. 2. seq. p. m. 170.*

Dormit XXXV. DURANTE SUSPNSIONE PRÆLATI quippe durante suspensionis tempore cursum sistit, quo præterlapso iterum currere incipit: *c. 5. extr. de concession: præbend: Felin. in cap. 1. extr. de prescriptionib: n. 7. p. m. 176. Hostiens: de prescription: rerum immobil: n. 45. p. m. 239. Innocent: ad cap. 10. extr. de prescription: n. 1. fol. 114. Baldus de Perusio. super Innocent: ad dict: c. 10. M. Nepos de Monte Albano. sub tit. de Except. cont. usucap. & præscript: p. m. 169. Matth: Sasbout. de R. J. Civil. & Pontif. Lib. 14. p. m. 174. Balbus de præscriptioib: Part. 1. Part. 6. principal. n. 7. p. m. 525. Joann. Monach. in Defensore juris. n. 8. p. m. 786. Panormit. ad cap. 10. Extr. transmissâ, extr. de prescription: n. 8. col. 28. B. quod tamen limitatur, si in petendâ relaxatione negligens reperiat, tempus illi currit, cum præscriptio in negligentes & oscitantes fit introducta. Hinc retdè Innocentius ad cap. 10. extr. de præscriptio. monet, non sufficere ad legare impedimentum, nisi etiam doceatur de adhibitâ diligentia, ut impedimentum vel non obveniret, vel non obstaret. arg. cap. unius ne sede vacante. Felin. in c. 1. de præscriptioib. n. 7. p. m. 176.*

Silet XXXVI. TEMPORE EXCOMMUNICATIONIS PRÆLATI, secundum Balbum de præscriptio. n. 7. p. m. 525. & Hostiens.



*fiens. de præscription. rerum immobil. n. 45. p. m. 239. Carpz. Part. 2. Decision. 116. n. 21. per rationem à Brunnemanno in l. 3. ff. de Usurpat. & Usucapion. n. 3. datam. Innocent: ad c. 10. Ex transmissâ, extr. de præscription. fol. 114. Panormitan. Super Decretal. ad d. c. 10. Ex transmissâ, extr. de præscript: n. 8. fol. 28. B.*

Quod de Prælato Excommunicato dictum, etiam XXXVII. videtur *Felin.* ad quemvis referre excommunicatum, quamvis ex *Baldo* adhibitâ limitatione inter excommunicationem justam vel injustam, in justâ quidem currere, in injustâ autem cessare. *per plures ibi adlegatos Dd. ad Decretales de præscriptionib. cap. 1. n. 7. col. 176.*

Sic dormit XXXVIII. QUAMDIU PRÆLATUS EST HÆRETICUS. *gloss. ad qv. 3. caus. 16. c. 13. lit. M. col. 1143.* quia tum vacare Ecclesia cenletur; quâ de re *supr.* quod enim de schismatico dictum, magis de hæretico pronuntiandum venit, dicitur autem quis hæreticus vel propriè vel impropiè, propriè hæreticus est, qui temporalis alicujus commodi maximèq; vanæ gloriæ falsas vel novas opiniones vel gignit vel sequitur. definiente *Augustino. Lib. de Utilitate Credendi. can. 24. quæst. 3. ex eo Girland. de Hæretic. n. 1. seqq. p. m. 128. seq. Sebast. Almers. in Manual. Juris. sub lit. H. Gundissal. de hæretic. qu. 1. n. 1. p. m. 135. B. Equæst. 3. n. 1. fol. 136. B. Carerius de hæretic. fol. 156. B. n. 1. Innocent: in cap. 10. Ex transmissâ, extr. de præscript. n. 1. p. m. 114. Card. Tusch. lit. H. conclus. 9. & seqq. impropiè sumtus, qui sacram scripturam malè vel erroneè intelligit, seu aliter interpretatur, quàm sensus Spiritus Sancti flagitat. *Caus. 24. quæst. 3. c. 27. nec non dictus Girland. dict. loco. Gundissal. de Hæretic. quæst. 1. n. 1. p. m. 135. cum ergò Hæreticus omni jure & bonis sit privatus ac excommunicatus, tempore illo dormit præscriptio. cap. 13. extr. de hæretic. Panormitan in c. 12. de præscription. n. 5. p. m. 30. B. Monach. in Defensore juris. p. m. 785. M. Nepos de Monte Albano sub. tit. de except. contr. usucap. & præscription. p. m. 167.**

Quiescit etiam usucapio XXXIX. CUM INUTILEM ECCLESIA HABET PRÆLATUM AD AGENDUM cum paria sint vel nullum profus Ecclesiam habere prælatum, vel inutilem. *c. 2. v. sed neque. ext. de translat. Episcop. Balb. de præscription Part. 1. part. 6. principal. n. 7. p. m. 525. Nicol. Carbo. in Præst. Practic. Lib. 1. cap. 2. n. 36. pag. m. 75. Panormitan. sup. Decretal. ad cap. 19. Ex transmissâ*



*missâ. extr. de præscript. n. 8. fol. 28. B. quo tempore quasi vacare censetur Ecclesia. tempore igitur illo, si antea usucapicepta res, dormit præscriptio, usque dum alius ad ageudum utilis eligatur.*

Dormit XL. TEMPORE PRÆLATI DILAPIDANTIS seu bona Ecclesiastica malè alienantis. *Innocent. in cap. 10. extr. de præscription. fol. 14. n. 1. B. & Baldus de Perusio super Innocent. dict. c. 10. de præscript. Petrarch. in Reportorio. Balb. de præscription. Part. 1. part. 6. principal. p. m. 525. n. 7. Faber. ad C. Lib. 4. Tit. 38. Definit. 7. p. m. 468 ibique allegati. Nicol. Carbo. in Præf. Præf. Lib. 1. cap. 2. n. 36. p. m. 75. Panormitan. in c. 10. Ex transmissa. extr. de præscription. n. 8. Col. 28. B. arg. caus. 16. quæst. 3. c. 10. si sacerdotes, ubi eadem militare videtur ratio, quæ in prodigo, quo tempore præscriptio non currit, nec currere incipit, ante dilapidationem verò cepta, durante illâ dormit, quâ remissâ, rursus continuanda præscriptio venit.*

Quod de Captivo supra de jure Civili monitum, idem videmus XLI. obtinere de jure Canonico IN CAPTIVITATE PRÆLATI, quo tempore præscriptio æquè dormit. *caus. 16. qu. 3. c. 13. ubi adjicitur ratio. Sicut enim (sunt verba ex Concilio Hispanensi secundo sumpta) per legem mundialem iis, quos barbarica feritas captivâ necessitate transvexit, postlimio revertentibus, redditur antiqua possessio, quam ante tenuit cum rebus suis, sive ab aliis Ecclesiis possideatur sive in cujuslibet possessionem transfusa sit. Non autem erit objicienda præscriptio temporis ubi necessitas interest hostilitatis. videatur Balbus de præscription. Part. 1. part. 6. principal. p. m. 525. n. 7. Innocent. in cap. 10. ex transmissâ. extr. de præscription. fol. 14. n. 1. Baldus de Perusio in Innocent. dict. cap. 10. de præscript. Str. in summâ Juris Canon. Part. 5. Tit. 9. differ. 20. p. m. 141. Panormitan. sup. Decretal. ad cap. 10. extr. de præscript. n. 8. Col. 28. B.*

Silet præterea XLII. TEMPORE PESTIS, cum usque adeo acerba, ut propter illius acerbiteriam jus exerceri nequeat, unde quoque bellum divinum à Bartulo ad l. 5. Naturaliter. ff. de Usurpation. & Usucapion. Caspar. Anton. Tesaur. quæst. forens. 13. §. 6. p. m. 50. dicitur, imo à dicto Bartulo ad leg. 1. ff. de bonor. possess. qua ex testam. milit. bellum & pestis æquiparantur, & hostilitas Dei fortior quam hostilitas hominum censetur. *Guido Papa Decision. Gratio-*



*napolit. quest. 416. §. 13. p. m. 253.* Hinc quoque *1. Chronic. 22. v. 12.* gladius Dei nuncupatur. Latè *Matth. Soubout. R. J. Civil. & Pontific. Part. 2. Lib. 14. p. m. 175. ibique nominati.* quamvis & alios contrariâ qui sunt in opinione ab eo producentur, quos tamen potius intellectos velimus si pestis iudicii administrationem permittat; inspiciatur præterea *Wesemb. de Usurpation. & Usucapion. n. 14. ibique Habn. Oldendorp. de Exception. sub tit. in quibus caus. cess. Usucap. seu præscript. p. m. 453. Idem de præscription. §. Quamquam. n. 19. p. m. 295. Brunm. ad L. 3. ff. de usurpat. & Usucapion. n. 2. & ad l. 35. ff. de S. P. R. n. 7. p. m. 297. Struv. in Syntag. J. C. Exercit. 43. Thef. 26. Pract. Ferrariens. in Form. Respons. Rei convent. p. m. 100. n. 24. Zanger. de Exception. Part. 3. cap. 10. n. 64. p. m. 493. Felin. de præscript. c. 10. Ex transmissâ n. 3 fol. 243. Bart. ad l. 5. Naturaliter. ff. de Usurpat. & Usucap. n. 23 p. m. 295. ubi exemplum adjicit pestilentiae, quæ Anno Domini 1348. tanta fuit, ut nullum jus in Civitatibus fuerit redditum. Brunm. ad l. 7. §. 5. C. de præscription. 30. vel 40. annor. Julius Ferretus de Gabel. & Publican. n. 305. fol. 199. B. cum quo convenit uti & alias sæpe Baldus de Perusio. in Innocent. ad c. 10. Ex transmissâ, extr. de præscript. videatur etiam Preusche Landr. Lib. 3. Tit. 4. art. 2. n. 3. p. m. 123. seq. Panormit. sup. Decretal. ad c. 10. Ex transmissâ. ext. de præscription. n. 7. col. 28. B.*

Dormit XLIII. TEMPORE HOSTILITATIS. quoque ET EXERCITUS ARMORUM: si tantus fuerit, ut jura in Civitate reddi nequeant. c. 10. ex transmissâ, extr. de præscription. Guido Papa Decision. Gratianopolitan. quest. 416. §. 3. p. m. 253. allegans quoque constitutionem Imperatoris Friderici de pace constantiensis. nihilque interest, an per unum an per plures duraverit annos. d. c. 10. ext. de præscript. ibique late Joann. Baptist. Vivian. Rational. juris Pontificii p. m. 256. caus. 16. qu. 3. c. 13. seq. ibique gloss. l. 6. C. quib. non obj. long. tempor. præscript. l. 19. ff. de capt. & postlim. revertend. quod quandoque etiam extenditur ad totum tempus, quo hostis regionem occupatam tenuit, ut iudicatum refert, in causâ Ducis Sabaudia, postquam regio à Gallis fuisset occupata. Faber. ad C. Lib. 7. Tit. 9. Defin. 1. in fin. p. m. 804. Brunm. ad l. 7. §. 5. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Oldendorp. de Usucap. p. m. 295. n. 19. nec non de Exception. sub tit. in quib. caus. cess. usucap. seu præscript. p. m. 453. quod Agere



non valenti, non currat præscriptio; quod tamen juris brocardicum, quo de latè Joann. Bechtold. in *Thesaur. jurisprudent. ad Borbosa axiomata. Lib. 14. axiom. 3. p. m. 352. ibique allegati*, hic intellectum volumus isto in casu, ubi præscriptio ante belli tempora jam nata inchoatave fuerit. cum aliàs ne currere quidem incipiat, teste *Wesemb. de Usurpat. & Usucapion. n. 14. & 15. Balb. de præscript. Part. 1. part. 6. principal. n. 3. p. m. 523. Practic. Ferrariens. in form. resp. rei convent. p. m. 100. n. 24. Berlich. part. 3. Conclusion. 5. n. 5. Panormitan. super decret. ad c. 10. ex transmissâ. extr. de præscript. n. 4. fol. 28. B. Oldendorp de præscription. §. Quamquam. n. 9. p. m. 295. Idem de Exception. sub tit. in quib. caus. cessat usucap. seu præscript. p. m. 453. M. Nepos à Monte Albano. de Except. sub tit. contra usucap. & præscript. p. m. 165. Zang. de Exception. Part. 7. cap. 10. n. 164. p. m. 493. Carpzov. Part. 2. Defin. 116. n. 8. Brunmann. ad l. 3. ff. de Usurpat. & Usucapion. n. 2. p. m. 364. Idem ad l. 35. ff. de S. P. R. §. l. 7. §. 5. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Bart. ad l. 5. Naturaliter. ff. de Usurpation. & Usucap. n. 22. Colum. 195. Baldus de Perusio in Innocent. ad cap. 10. ex transmissâ. extr. de præscription. Paul. de Castro in l. 5. ff. de usurpationib. & usucap. col. 67. Ruland. à Valle. Conf. 79. Vol. 1. n. 27. seqq. p. m. 305. latè *Wesemb. conf. 42. §. 88. seqq.* ubi etiam ampliat ad Laicos & loca Imperii. *Brunm. in repetit. paratitl. Wesembec. de usurpation. & usucap. quest. 36. p. m. 512. Julius Ferretus de Gabell. & Publ. n. 305 fol. 199. B. Valla de Reb. Dubi. p. m. 368. cum seq. Innocent. in d. c. 10. Ex transmissâ. extr. de præscript. n. 2. col. 114. Card. Tusch. conclus. 548. sub lit. P. p. m. 230. n. 8. aliquè quàm plurimi. quibus & adentum præbet *Dreusch & andt. Lib. 3. Tit. 4. art. 2. n. 3. p. m. 123. seq.* Admittit tamen limitationes. 1. si quis locum, ubi jus redditur, transeundo per hostes salvus adire possit. *Felin ad dict. cap. 10. extr. de præscript. n. 4. p. m. 244. Monach. in Defensore juris n. 6. p. m. 785. Masver. in pract. de præscript. p. m. 314. 2.* si actor ad locum, ubi jus exercetur, tutum ac securum reum futurum promittit. *Felin. dict. loc. quæ vulgata & in praxi semper observata, Jure Consultorem sententia, quoque hic locorum & de jure Lubecensi obtinere, non semel inter Decisiones suas citavit & secutus Jure Consultissimus Mevius, uti ipse fatetur Decision. 149. Part. 4. n. 3. p. m. 233. Scimus, inquit, (postquam demonstravit vicennium, quod exclu-***



excludit à re ædificando jure, non labi tempore belli, in causâ Jürgen Rabens contra seinen Nachbahren die 25. April. Anno 1676.) per talia sub bello dormire seu quiescere præscriptiones. Idem *Decisione* 31. sententiam pronuntiatam promulgat, tempora belli non finire præscriptionem currere contra vindicationem rusticorum pag. 482. gemina cui sunt, quæ refert in *Decisione primâ Part. I. 2.* ubi docet, privilegium non usu aut contrario usu inter belli tempestates non perire. vult autem *Innocentius ad sæpius allegatum cap. 10. fol. 114. n. 1.* referente itidem *Abbate Panormitano ad dict. cap. n. 5. fol. 28.* quod actor debeat probare se voluisse agere, sed non potuisse, quia, jus in illo loco non reddebatur propter hostilitatem, ulterius id deducente & probante *Erasmio Ungepauer. ad Tit. Decretal. de præscription. §. 12. p. 291.*

Sed novæ heic excutiendæ quercus veniunt, quas dubietates novissimè obijciunt *Imperii Recessus de Anno 1654. §. 172.* verba constitutionis ita se habent. So viel nun die Capitalia anlanget/sollen erstlich dieselbe einem jedem Creditori unversehret und ohn einige Abführung richtig verbleiben / und hirtwieder keine præscription oder Verjährung wegen der bewährenden Kriege unterlassenen Forderung und Zinsen oder Capital angezogen werden noch gelten / ex quo textu quatenus ad nostram hanc materiam spectat, duo notanda notat *Röding. ad Pandect. Cameral. Lib. 1. tit. 12. c. 3. p. m. 240.* primò, an etiam ea præscriptio sublata censeatur, quæ antetricennale hoc bellum non tantum cœpta, sed etiam completa, ut proin præscribenti jam ante jus quæsitum fuerit, quamvis autem inter certos status anxie ab utraque hoc parte sit excussum, tamen quid iudicatum, ante laudatus non meminit autor, idem in verbis Keine Verjährung wegen der bewährenden Kriegen unterlassenen Forderung / & jure communi, ex quo tempore belli, præscriptio saltem dormit aut cessat, jam ante completa autem non tollitur, decisionem quærendam rectè statuit; Altera illa difficilioris commatis, quid nempe juris, si præscriptio ante hoc triennale quidem cœpta bellum, per id ipsam autem dormire cœperit, an Constitutio de non attendendo præscriptionis cursu simpliciter de quibusvis tempore belli intromissis exactionibus intelligenda veniat, an verò tantum, ubi copia iudicis & agendi facultas defuerit, ut ipse, qui præscriptionem declinare vult, illud probare cogatur.



gatur. Quemvis autem hic mirum in modum variant auctores ita ut merito vel casus pro amico censeri possit, vel novâ imperatoria decisione indigere videatur, pro libertate tamen academicâ posterior, anne cum neotericis quibusdam defendi possit; vires periclitemur, & quidem sequentibus moti rationibus. 1. quod cessante causâ cesset effectus; notum autem est, in quibusdam Germaniæ provinciis belli istum cessasse impetum, nec procellas istas ubivis gentium æquè detonasse, ita ut alibi semper iudicis haberi copia potuerit, aliorum vix fuerit tacta regio; incicias ire nemo potuerit, paragraphum Imperii Recessus novissimi, propter belli duntaxat damna latum fuisse, ut ita quorum bona impio abs milite direpta, solatiolum inde quale quale petere possit. Accedit 2. Doctorum adensus, statuentium tum demum hanc valere dormitionem, si tantus ille armorum exercitus fuerit, ut iura in civitate reddi nequeant, uti pluribus *precedenti declaratum paragrapho*. Accedit sententia quorundam, imo penè plerorumque dixerimus Neotericorum. *Struvii scilicet Syntag. Jur. Civil. Exercitat. 43 Thes. 16. p. m. 629. Roding. d. loc. lit. B. p. m. 240. nec idem negare audeat Textor ad novissimum recessum Imperii Disput. 14. Thes. 45. p. m. 430.* dum nonnullos Scabinatus in terminis dicti Recessus, beneficium hoc exclusâ præscriptionis restrictivè de casu ubi iudicis adeundi facultas non patet, intelligere fatetur. Objicit quidem laudatus Textor, & beneficium non currentis præscriptionis creditori indistinctè competere vult, sive ob bellicos motus, copia commodè adeundi iudicem fuerit, sive non, debitor item belli tempore de solutione sit admonitus vel non. 1. Quod beneficia principum latissimè sint intelligenda & interpretanda. *per. l. 3. ff. de Constit. Princip.* ubi tamen regeri possit, in præjudicium quidem principis latissimè accipi posse, non verò æquè in præjudicium alterius tertii, quem minimè lædere voluisse Princeps præsumitur. *vid. Taboris Barbosa. Lib. 2. cap. 5. axiom. 17. Brunman. ad l. 3. ff. de constitut. Princip. Carprov. Consistor. Lib. 1. Tit. 12. Definit. 218.* cum privilegia semper veniant intelligenda salvo jure tertii, latè id deducente *Gailio. Lib. 2. Observ. 1. n. 140.* 2. Statuentium intentionem omninò fuisse omnem ulteriorem tumultuum præscindere occasionem, qui alioquin inter creditores ac debitores forsan enasci potuissent; verum hic iterum regeri possit; illa omnia quidem bellè sese habere



habere in solo bello presso, non autem æquè, ubi aut citò deferbuis-  
 set belli impetus, aut vix leviter flammam istam senserint, aut ipse de-  
 nique debitor non sit depauperatus, sed fortunà quâdam benigniore  
 harpyjas illas evaserit, uti videre est *ex præcedenti paragrapho 171. ibi.* Die durch den Krieg von Mitteln gekommen. & istuc retulerimus  
 casum inibi à *Textore* propositum, in causâ der gemeinen Verjäh-  
 rung & consortum contra Wangenheim. Tempus autem quod at-  
 tinet & terminum tum à quo tum ad quem: est quidem *Dominus Tex-  
 tor. Thef. 47. & 48.* in ista opinione, esse id ipsam reputandum ab an-  
 no 18. ad annum 48. præsentis seculi, id quod putat resultare *ex ver-  
 bis dicti paragraphi.* In wehrenden Kriege / quæ generaliter intel-  
 ligi debere, exinde demonstrare laborat, quod alioquin Labyrinthus  
 inexplicabilis oriat, quem leges fugere videre est. *arg. l. final. C.  
 de long. tempor. præscription.* id quod *paragrapho sequenti* ulterius  
 etiam ad oculum demonstrare nititur, si etenim, inquit, singula  
 quasi belli momenta, quibus hæc vel illa ditio, particulariter confi-  
 derata, hostilitates actu passa essent, considerari deberent, hæc in re  
 vix certi aliquid constitui posse; in dubio ergò illam eligendam sen-  
 tentiam, quæ difficultates vix alioquin declinabiles tollat rerum, &  
 hic aliquis responderet Labyrinthum illum inextricabilem non esse,  
 uti ex præconceptâ opinione ab auctore fingitur, cum rei huic iudex  
 facillimè mederi queat, certum determinando tempus pro rerum  
 circumstantiâ. verba *In wehrenden Kriege / quomodo accipiendâ*  
*sint, docet paragraphus præcedens 171. ibi zu Zweiten.* reliqua ni-  
 mium ne excresecat dissertatio, publicæ reservamus discussioni, quam-  
 vis non adeo rigerosi & obstinati hujus sententiæ defensores, cum am-  
 plissimam hujus Academiæ facultatem in respondendo ad acta sibi  
 transmissa, priorem secutam sententiam ante pauculas dies ex dispu-  
 tatione inaugurali à *Domino Ziesken / sub Præsidio JCIssimi Domini  
 Radovii proximè habitam,* sit animadvertere, cum Antecessorum  
 hujus Almæ Sacrosanctæ apud nos sit Autoritas; existere velimus,  
 cum nec illa suis videatur destituta rationibus. uti inibi §. 28. *seqq.* est  
 videre; pedem promoventes ad modum.

XLIV. Cum dormire porro dicatur VACANTE IMPERIO  
 vel REGNO, ubi præscriptio non currit contra eum, licet in admini-  
 stratione succedat Ecclesia, quia tempus vacationis de medio subduci  
 debet.



debet *Guido Papa. decision. Grationopolitan. 416. §. 14. p. m. 253.* quod sumtum ex *Bartol. ad l. §. Naturaliter. ff. de usurpatione. Et usucap. qui iisdem id ferè adierit verbis, ubi plures quoque in suam laudavit sententiam ad literam 7 p. m. 295. n. 25. adde Brunman. ad l. 3. ff. de usurpat. Et usucapion. n. 3. Felin. ad c. 10. Ex transmissâ. extr. de prescription. n. §. col. 172. Carpzov. Part. 2. Decision, 116. n. 21. ibique adligatos.*

Nec non dormit XLV. TEMPORE CONFECTIONIS INVENTARII. ex mente *Balbi. 1. Part. 6. Part. principal. n. 10. p. m. 526.* videlicet pendente tempore, dato hæredi ad conficiendum inventarium, quia, sicut non tenetur heres respondere creditoribus hereditariis; ita ipsis, si currit interim tempus, licet præscriptio effectus inchoata per defunctum, ex quo interea non possunt agere, casum proponens. ex *l. fin. §. 11. C. de jure deliberandi*, ubi *Brunman.* adjicit rationem, quia intra tempus datum ad confectionem inventarii, non possit hæres à creditoribus vel hereditariis inquietari; quod & confirmat *Guido Papa. Decis. 571. Paul. de Castro. ad dist. l. fin. §. 11. fol. 320. B.* ibi quasdam insimul adjecit Exceptiones, quæ ulterius traduntur à *Carpzovio Constitut. forens. Part. 3. Constit. 33. Defin. 6. n. 3.*

Adjicit his XLVI. *Marc. Anton. Bardus. tractat. de tempore utili Et continuo ad appellandum. Sc. cap. 15. §. 3. p. m. 132.* præscriptionem dormientem IN POSSESSIONE CONTINUA, cumque ipsâ dormitionis causa reviviscentem, quando *d. pag.* ita inquit. Ex supra dictis & aliis similibus satis probatum videtur, quod sit continuatio dignitatis & officii de uno in alium successorem, ne tempore vacationis talis officii interrumpitur, quum dicatur fieri continuatio in ipsum successorem, quod ex eo probatur, quia præscriptio quæ requirit possessionem continuam, quandoque dormit, dum aliquod impedimentum vigilat, & cum ipsâ dormitionis causâ reviviscit, cessante tali impedimento, reincipit cursum, nec interrumpitur. quo cum consentit. *Franciscus de Ripâ. in tractat. de Peste. in 6. privilegio contra Sue. n. 152. Et de privileg. n. 35. seq. aliaq. apud dictos auctores laudati.*



De DECIMIS XLVII. idem videtur adfirmare Innocentius Quartus, Pontifex Maximus, super: secund. decretal. de præscriptionib: cap. 10. Ex transmissâ, extr. de præscription. n. 1. fol. 114. A. col. 1. & super illum Baldus de Perusio, ad dict. cap. 10. Ex transmissâ, extr. de præscriptionib. quamvis alii rectius videantur referre ad casum ubi non currit præscriptio, uti videre est apud Monach. in Defensore juris. n. 5 p. m. 785. Matth. Sabour de Regul. Juris Civil. & Pontificii part. 2. Lib. 14. pag. 174. ibique laudati Practica Ferrariens in respons. rei convent. fol. 100. n. 24. Gloss. in cap. 12. lit. c. extr. de præscriptionib.

Dictus jam Innocentius dict. super: loc. n. 2. & qui eundem semper sequi amat Baldus de Perusio ad cap. 10. extr. de præscriptionibus XLVIII. Idem statuit. DE REBUS, QUE SUB CONDITIONE DEBENTUR. quamvis & illud rectius videtur posse referri ad casum, ubi præscriptio non currit, quia præscriptio prius currere non incipit, quàm conditione jam existente l. 7. §. 4. C. de præscript. 30. vel 40. annor. ibique Gothofr. n. 22. cum præscriptio non ante incipiat currere, quàm actio competat. Inspici poterunt Monach. in Defensor. juris. tit. 18. n. 7. p. m. 785. cum seq. M. Nepos de Monte Albano. Tit. 14. de Except. contra usucapionem & præscriptionem. p. m. 169. Practica Ferrariens in responsion. rei convent. fol. 100. n. 24.

Sic XLIX. Teste Antonio Fabro, in Terrâ Sabaudicâ Subducitur tempus. QUO BENEFICIUM COMMENDATUM FUIT IN RERUM ECCLESIASTICARUM PRÆSCRIPTIONE, quasi vacante beneficio: id quod duplici præjudicio comprobatur, Lib. 1. Tit. 2. Definit. 10. pag. m. 34. quod tamen secus in aliis regionibus, notante eodem, quare & ab aliis refertur inter res non præscriptibiles, uti Monach. in Defensor. juris. n. 25. p. m. 785. Pract. Ferrariens. in respons. rei convent. p. m. 100. n. 24.

Ultimo demum loco L. scilicet, dormire præscriptionem vult Sceplitz. in promtuar. juris Clameri, Tit. 6. §. 4. n. 47. & 48. p. m. 157. IN EMTORE FEUDI. qui emit feudum à Vasallo, consentientibus proximis agnatis, tam diu, quàm feudum apud proximiorum fuerit agnatum. in suam advocans sententiam Schraderum de Feudis Part.



Part. 8. c. 5. n. 2. ex quo tamen loco vix hoc ipsum elicere licuerit, uti legenti patefcer.

Nos finimus dissertationem verbis Hieronymi in Apologiâ. Aut profer meliores epulas & nobis convivis utere, aut qualicumq; nostrâ cœnulâ contentus esto. In reliquis.

## SOLI DEO GLORIA.



### COROLLARIA.

**D**istinctionem illam Magistralem, inter jus Gentium primævum & secundariū, ab Antecessoribus hujus Academiæ hæctenus masculè & unamiter defensitaram, in jure fundatam esse, non tantum persuasissimum mihi habeo, sed certissimi apud Me juris est; cum etiam Joann. Jacob Avianus vécordiæ proximum aut certè non nisi nasutulorum hanc ipsam rejicere, censeat, in Disputatione quâdam juridicâ, quâ veterum juris interpretum distinctiones approbat. Dubium si quod supererit, discursus eximet.

Polygamia nullo jure est licita.

Retorsio omni jure licita.

Defensio est juris naturalis, cum etiam adversus Invasorem Ebrium se tueri quis teneatur.

Judæi in Civitate tolerari queunt.

*Pecis*



**P**Etis abs me Politissime atque Doctissime STEMVEDE, elogio,  
 tuam ut exornem Disputationem: l. hoc inque facerem, ut ita  
 Dn. Parenti, vel per me, otii tui constaret ratio; & quamvis  
 olim non indelectatus carminis studio fuerim, cum tamen semel  
 ex ratione tibi hanc incognita, legem nisi scripserim, quam violare  
 nefas duco, ne frustra abs me hoc contendisse videaris, non possum non  
 adprobare, Patriaeque simul & Dnis Parentibus de hoc tuo gratulari  
 conamine. Ne a. objici Tibi possit, quam olim mihi objectam memini,  
 nimia diligentia, creberrimaeque DD. adlegationes, propter quas quis,  
 ex mente illorum, vel vadimonium deferere possit, heic nostram, ex fide,  
 peraget causam Dn Zeiler Cent. 2. Epist. 36. p. 224. quamvis non exigua  
 plane videant mereri gratiam, aliorum qui expilant scriinia, rectene  
 an secus, parum pensi habentes, paginae adjectione, à plagii crimine, se  
 facillime exemeris, cum vel sic tacite innuas, quam necessaria non  
 modica librorum suppellex illi, qui discursum ex fide formare satagat.  
 Facilius longe fateor, quandam Tibi questionem examinandam, adiectis  
 rationibus dubitandi & decidendi potuisses. Verum Quastionarii illi  
 quo loco ap. me, omnesq; qui fundamenta solidiora jacere intendunt,  
 sint, haud ignoras, & facile quae in Praefat. C. J. A. in medium abs  
 Iconfultissimo Meiero nec non μελιτικότατο Forstnero, in aureis ad  
 Tacitum A. 2, 34. 1. p. 325. notis heic scribere intendenti, calamum  
 excutere valuissent. Verum vino vendibili ne videar suspendisse  
 hederam, ex animo voveo, ut ansam hic labor ad gratiora & majora  
 pandat. perge proin ut cepisti, alacri studio, hunc exornare campum,  
 Finis coronabit, ita ex animo vovet & auguratur dissertationis

PRÆSES.




Themis ad DN. RESPOND. STEMVEDIUM,

**T**u† meus es fuerisq; † diu Studiosus amator:  
 Hinc studiis \* dives tu quoque sume decus.


† \* Auagg. Stemvedius  
 gratulabundus f. inter occup.

A. D. Habichhorst, Th. Lic.  
 & P. P.























NGERVS g) elegantem dixerint BARTOLI b) compa-  
inter militiam humanam et diuinam, tempo-  
bellum inter Deum & homines esse, fingentis;  
men haud alienum est, imminens mortis peri-  
otissimum in causa esse, cur hoc aequae, ac mi-  
tamentum, tot testium, quot ad testamentum  
necessarii sunt, conuocatione haud indigeat,  
anto difficiliore, quanto magis homines, ne  
ereant contagio, vel aufugere ex loco infecto,  
a domos conspectumque morbo correptorum  
itare. Quum itaque hic quoque numerus te-  
tarius non ad formam et constitutionem testa-  
ed ad probationem solummodo adesse debeat,  
est dubium, quin heres, si ipse interfuerit te-  
tationi, ad iuramentum suppletorium possit  
).

### §. XXIX.

#### TESTAMENTA IN FAVOREM PIARVM CAUSSA- RVM FACTA.

que ius pontificium magnum fauorem, quem  
piis causis tribuit, eo etiam extendit, vt, si  
quan-

cit.

n. n. i. ff. de *bonor. poss.*  
*milit.*

rariam hic iterum par-  
etiam CARPZOVIUS L.  
tuitus est, abire, ean-  
tationem, adductis

simul c. ii. X. de *Testam.* et c. 28. X.  
de *Testibus*, videmus Ill. LEYSERVM  
Sp. 368. m. 4. Sed nostrae senten-  
tiae sicuti textus allati non aduer-  
santur; ita ei fauent, praeter RICH-  
TERVM Dec. 28. n. 28. et VIRGIL.  
PIN-

II